BIBLIOTECA VITT. EMANUELE FONDO GESUITICO
43
8 C
20

Bᴮ
1
45

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIUS
HISTORICUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARII

DE REBUS PERTINENTIBUS

AD

ANG. MAR. S. R. E. CARDINALEM

QUIRINUM

PARTIS SECUNDÆ

LIBER SECUNDUS.

BRIXIÆ.

Ex Typographia JOANNIS-MARIÆ RIZZARDI.

MDCCXLIX.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Sistit se Tibi, humane Lector, tertius Commentariorum meorum Tomus, nuncupandus & ipse, quemadmodum alter ante tres menses in lucem emissus, Clinici Scriptoris opus, nam utrumque lectulo decumbens composui. Novo ergo documento dignosces, morbum, qui me ad stationem illam adegit, nullum prorsus impedimentum injecisse assuetis meis literariis occupationibus, hasque proinde nec leviter mecum ægrotasse. Novum pariter afferet Tibi Tomus iste documentum, nihil mihi in Commentariis iisdem contexendis sanctius, & antiquius esse, quam puram veritatem exhibere.

Hæc vero quoniam accidere posset ut apud aliquem plus offensionis haberet quam gratiæ, propterea quod per ingenuam narrationum mearum simplicitatem ratio vitæ a me hucusque actæ nimio plus cohonestetur; aci-

cipe modo, quamnam artem excogitaverim, ne ex honorificentiæ fascinum gignant, unde seu animus meus, seu cujusvis oculi, & aures inficiantur. Locum inter narrationes, quas proximus Tomus complectetur, decrevi sortiri debere quæcumque dura, & aspera de me typis consignarunt, ante sex quidem annos Auctor Hagensium Ephemeridum, & ante annos circiter binos Lamindus Pritanius. Utraque autem ipsissimis eorundem verbis proferens, nec iota, nec apicem de meo iisdem opponam, ultro sinens, ut liberum judicium ferat quisquis ea dicteria, & scommata legerit; sentiatque proinde, si velit, laudandam potius esse seu illorum Scriptorum, seu quorum illi impulsu eadem conscripsisse comperiantur, libertatem, quam aliorum quorumvis humanitatem, & indulgentiam.

Amuleti genus istud adversus superbiam, quam sumi a me posse ex ipsa fide in describendis rebus meis pe-

religiosius servata quispiam suspicaretur, commendavit mihi magnopere Cardinalis Reginaldi Poli Epistola, quam, dum hæc scribo, ob oculos habeo. In ea enim ad Cardinalem Ottonem Truchsesium, Augustanum Episcopum data, ita legitur, *Redditus est mihi libellus quidam typis impressus, in quo nomen meum probris, atque conviciis laceratur, quod ego perinde accepi, ac si cum mero aqua simul porrigeretur, tanquam sobria Dea, ut inquit Plato, ad vini vim, furiosi Dei (sic enim vinum appellat) compescendam.* Addit mox, opus sibi fuisse aqua illa, ut ab ebrietate retraheretur, *Quo tempore* (inquit) *undique gratulantium literis, & vocibus aures meæ personant.* Tanti Viri exemplo, Dei Optimi beneficium & ipse reputans probra illa adversus meum nomen conjecta, eadem nullo pacto dissimulabo; hacque ratione clarius quam antea ostendam, veritatem in narrandis pari candore tam prosperis, quam

adversis, quæ mihi contigerunt, summæ legis loco Commentariis hisce meis fuisse; nec quisquam negabit, me, æque bene ac Polus, curasse, ut meri vi fracta per aquam ex binis illis cisternis haustam temulentiæ periculum propulsetur. De eximio eo Cardinali, quem scelestus Vergerius ausus fuit in libello illo exagitare, jure dici posse nemo inficietur quod de Agricola prisco illo Romano Cive, mirifice ob insignes virtutes, quibus fulgebat, sua ætate collaudato, in ejus Vita scriptum reperitur, nimirum ad altius gloriæ culmen eundem conscendisse, quod ad illud evectus fuerit *simul suis virtutibus, simul aliorum vitiis*. Eidem Cardinali aptari merito pariter posset versiculus, quo Paulus III. Pontifex ille vere Maximus, & ad ornandam virtutem maxime natus, Contarenum Cardinalem, postquam e Colloquio Ratisbonensi in Italiam reversus fuisset, quorundam, ejusdem Colloquii causa, obtre-
cta-

ctationibus obnoxium consolari susce-
pit, hoc ad ipsum effatus,

Summa petit livor, perflant altissima venti.

Ego vero ad contortas in me verborum contumelias opportunum petam solatium ex humanitate, qua mecum controversias habere consueverunt Heterodoxi, etsi assiduis provocationibus a me appetiti; cui humanitati luculentum præbere testimonium Acta Eruditorum hoc ipso anno Lipsiæ evulgata reperio, in quibus p. 384. hæc de me, atque Schelhornio traduntur, *Nos qui minime id nobis sumimus, ut in causa a doctissimis duobus Viris disceptata judicium nostrum interponamus, in Schelhornio id unum prædicamus, quod Adversarium suum, cujus in literas merita egregia nunquam satis laudari possunt, reverenter, ut decebat, habuerit, & exemplum lectoribus præbuerit, quod in controversiis aliquando imitari possint.* Quid amplius ab Heterodoxo Scriptore, Actis illis, quorum magna

in Germania celebritas, atque auctoritas, calamum suum commodante, expectare Catholici possumus? Refugit ille Schelhornio Heterodoxorum caussæ patrono favere, idque unum in eo prædicat, quod Adversarium suum, Catholicum, *cujus* &c. reverenter, ut decebat, habuerit.

Tandem scias, Lector, oportet, quod initio dixi, Clinici Scriptoris opus esse Tomum istum, id a me dictum fuisse de magna tantum ejus parte, nam pedibus meis, unde maculæ jam omnes evanuerunt, in præsens non modo libere insisto, sed præterea absque baculo, seu alio quovis adminiculo per conclavia ædium mearum ab aliquot hebdomadis spatiari cœpi, lento tamen gradu, & nondum satis idoneo scalis superandis. Cæterum qui toto reliquo corpore recte valui per quinos eos menses, quibus lectulo affixus mansi, profecto nunc pancratice vigere mihi videor. Unde autem fiat, ut integra adeo valetudo expe-

pedire adhuc se nequeat a dura compede, quæ efficit, ut de me dici minime possit, *Talos a vertice sanus ad imos*, hoc illud est, quod ægre intelligunt, ut video, medicorum filii, quotquot me conveniunt. Ii tamen uno ore prædicare nunquam desinunt mirificam corporis mei habitudinem, quod ipsam nec leviter concusserit seu crurum vitium pertinax, seu decubitus per longum tempus protractus, præsertim quod fuerit continuatus cum sellularia opera, quam literis, & plurimis sacri mei muneris occupationibus per septem antea menses impenderam, expers omnino jucundæ cujusvis deambulationis vel intra Episcopalis Viridarii septa. Eas literas, eas occupationes hac maxime occasione dignovi ita me sibi servum reddidisse, ut, dummodo ipsis placide vacem, pedum usum optare vix mihi contingat; vix, inquam, liberalis scilicet recreationis causa. Munera enim quædam Episcopalia sanos, solutosque Pastoris

pe-

pedes desiderant. Iisdem, addam, æque indiguisset profectio Romana, cui me hac tempestate dare statueram, ut solemnibus cærimoniis, dum Sancta Janua recludetur, interessem. Quod spectat ad munera illa, solatio mihi est, quam expeditam hic ad nutum habeo, binorum Antistitum opera; omissi vero itineris Romani damnum resarcire satagam, plura aggrediens, atque perficiens proximo anno, quæ inserviant Jubileo, quo sollemnius fieri potest, Brixiæ celebrando, quibusque ad exitum perductis nota ista ANNO JUBILEI MDCCL. inscribi valeat. Eam præferent Collegium Ecclesiasticum a fundamentis excitatum, Monumentum Berolinensi Catholicorum Templo dedicatum, tradita Brixiano Magistratui primario publicæ Bibliothecæ possessio, apposita in fronte novæ Cathedralis Inscriptio, conscriptum Edictum pro administratione annui proventus pauperum necessitatibus sublevandis recens in-

instituti, Diploma facultatem impertiens tribus Salesianis Sanctimonialibus e Cœnobio ante annos dumtaxat 21. in Valle-Camunica fundato, ad Novariensis usque Diœcesis tractum pergendi, quo advocatæ fuerunt pro paris instituti Cœnobio statuendo; eam tandem novæ constructiones brevi perficiendæ pro coronide imponenda pluribus iis operibus, quibus Templum S. Marci, Tituli mei, instauravi, & exornavi. Hæc omnia proximo anno peragens, nullus dubito, me multo majorem gratiam a SS. BNEDICTO XIV. de augenda Jubilei religione mirum in modum, ut omni Christiano gregi jam patet, sollicito, initurum, quam si Romæ præsens adessem. Quid vero, si meus ille ardor in causa foret, ut in aliud tempus dilata Tomi IV. horum Commentariorum lucubratione, mox potius vacarem absolvendæ Editioni Epistolarum Reginaldi Cardinalis Poli, unde ista quoque, chronica Jubilei nota honestaretur?

tur? Quid etiam, si in unum compactis dogmaticis Epistolis, quas Decades meæ variis locis complectuntur, & Panopliam adversus hæreses ex ea Collectione adornans, hanc eadem nota insignitam publicarem? Postremum hoc quam acriter animum meum tangat, atque permoveat, satis declararunt literæ meæ aliquot initio hujus anni typis impressæ, in quibus valide, allata præsertim in medium Cardinalis Augustini Valerii authoritate, inculcavi, nihil convenientius a Cardinalibus officio suo, gradui scilicet fratrum Summi Pontificis, & filiorum Ecclesiæ Romanæ, præstari posse, quam si ad hæreses impugnandas calamo suo utantur, nihilque sanctius a Supremo Pastore deposcere Universalis Jubilei celebritatem, quam si ejusdem vocibus, atque conatibus eo maxime tempore Heterodoxi ad Matris suæ sinum revocentur. Quoniam autem de hisce loquens BENEDICTUS XIV. in Bulla Indictionis Ju-

Jubilei palam esse affirmat, *propriæ cujusque Sectæ fundamenta nutare, ac si paululum excutiantur, facile labi, & corruere*; magnopere deceret, dejiciendis prorsus iisdem ultimos eos ictus per doctorum Romanæ Curiæ Præsulum dexteram in presens contorqueri. Hoc ego animo Panopliæ, quam dixi, contexendæ libenter incumberem, imo vero haud diffiderem, eandemque ad ultramontanas regiones delatam, siquidem ipsi sociarentur amantissimæ Summi Pontificis literæ ad Principes in Heterodoxorum terris dominantes datæ, faustum, Deo opitulante, successum aliquem esse habituram. Haud disparis generis literarum, quas Paulus III. scripturus erat, tabellarius fieri optavit Reginaldus Card. Polus, cur non & ego earum, quas BENEDICTUS XIV. exararet?

Hisce omnibus, quæ præfatus sum, precor te, Lector, ut faveas, certiorque jam factus rectæ valetudinis meæ, hoc nuncium perinde excipe, ac illud

exci-

excepisse illustrem Ratisbonensem, amicum meum, cui antea falso significatum fuerat instare jam mihi mortem, ejusdem literæ nudius tertius acceptæ me monuerunt; recreatus enim ille vehementer eo nuncio hoc mihi distichum conscripsit,

Ipsemet ægrotans Soteria mittis amicis,
Sæpius ægrota, mitte, iterumque vale.

Cui ego statim rescribens disticho isto vices rependi,

Quod pedibus sanum tanto soleris amore,
Fit modo reddendis gratibus ægra manus.

P. S. Typographi oscitantiæ tribuendam non esse variam literarum Gallicarum, quæ hoc, & superioribus binis Voluminibus recitantur, tam orthographiam, quam accentuum vocibus appositorum rationem, non est cur monearis; nam etiam me tacente facile credes, discrimen illud unice adscribi debere exemplis, unde illas idem Typographus desumsit, autographis scilicet, quæ eidem ob oculos posui.

ELEN-

ELENCHUS
EPISTOLARUM, ET MONUMENTORUM
Quorum præsertim fide innituntur Narrationes hoc Volumine comprehensæ.

EPISTOLÆ.

MONUMENTA.

IN-

INDEX CAPITUM
LIBRI SECUNDI
SECUNDÆ PARTIS.

CA-

NOI

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la fede di revisione, ed approvazione del P. F. Giacinto Maria Marini, Inquisitor Generale del Sant' Offizio di Brescia, nel libro intitolato: *Commentarius Historicus de rebus pertinentibus ad Ang. Mar. Cardin. Quirinum*, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica e parimente, per attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concedemo licenza a Gian-Maria Rizzardi Stampatore di Brescia, che possi esser stampato; osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li primo Giugno 1749.

(*Gio: Emo Proc. Rif.*
(*Barbon Morosini Cav. Proc. Rif.*
(*Marco Foscarini Cav. Proc. Rif.*

Regstrato in Lib. a car. 5. al num. 51.

Michiel Angelo Marini Segret.

PAR-

PARTIS SECUNDÆ
LIBER SECUNDUS.
CAPUT I.

De iis quæ contigerunt a die 26.Nov.an. MDCCXXVII. *usque ad initium Martii an.* MDCCXXVIII. *scilicet de peracta Galeri purpurei imponendi cærimonia, de Card. Prioli Abbatiis Card. Veneto recens electo delatis, ortaque inde quæstione ob Pensionum summam qua gravatæ fuerunt, de Tituli S. Marci optione aliquantulum controversa, de privilegio Decanos quosdam Casinenses constituendi, de nova æreæ tabellæ impressione.*

POst pauculos dies ab accepto in privato conclavi per sanctissimas Benedicti XIII. manus purpureo Bireto, accessi ad Palatium Apostolicum, accepturus per easdem solemni cærimonia in publico Consistorio paris coloris Galerum. Hunc Pontifici a Magistris Cærimoniarum jam contraditum dum ipse capiti meo admovere cœpisset, quin consueta illa verba *Accipe &c.* inchoasset, accidit quod subita me admiratione percelleret. Iis enim verbis illico abruptis ista repente subjunxit, *Si cerchi il P. Procurator Generale de' Casinensi*, suspensumque manibus suis Galerum gessit, donec certior evasit adesse eundem in conclavi ipsius Consistorii. Percuntatio illa, & mora, quæ subsequuta est, antequam in ea hominum multitudine, quæ

frequentissima ad idem conclave confluxerat, quærentium oculis compareret Procurator ille Generalis (corporis celsitudine minime præditus) parum abfuit, ut me in dubitationem adducerent, ne ornamentum, quod ego flexis genibus præstolabar, mutato repente consilio eidem Procuratori a Pontifice deferretur. Attamen, postquam iste mandasset Patrem Procuratorem intra conclave ipsum permanere, quousque finis imponeretur Consistorio, hocque completo eundem sibi sisti; tunc nihil amplius moratus, caput meum Galero exornavit, prolata integra formula, cujus primum dumtaxat verbum antea pronunciaverat. Verba autem, quibus dimisso Consistorio Patrem Procuratorem Pontifex alloquutus fuit, quæque facile exaudiri potuerunt a Patre Abbate Porzia (nam & ipse Consistorio interfuerat) fulminum instar utrumque exanimarunt. Hæc enim illa fuerunt, *Ecco, P. Procurator Generale, ch' abbiamo pagato il debito di elegger un Cardinale della sua Patrizia Congregazione Casinense, come ci eramo prefissi di fare fino nel bel principio del Pontificato*. Nihil clarius a Pontifice dici poterat ad ostendendum omnem se abjecisse cogitationem novo Cardinali eandem Congregationem decorandi; quum tamen antea non deessent, qui Porziam in spem erigerent, evecto me gratia Venetæ

Reip.

Reip. ad Cardinalatum, parem honorem ipsi non defuturum in posterum, & fortassis assignatum jam illum eidem fuisse inter Cardinales 9. Decembris an. proxime elapsi creatos, ex quibus quinque adhuc Pontifex in pectore retinebat. Hujusmodi spe parum lactatum fuisse Porziam, dicere oportet, siquidem fides habeatur iis, qui pro re certa habuerunt, Consistorio, de quo modo facta est mentio, tribuendum esse morbum, quo paulo post idem Abbas ex contractione nervorum gravissime laboravit. Ad secundiora autem tempora Deus eundem reservavit; nam intra quatuor menses omnino proximos Promotioni jam jam perfectæ, nempe intra Januarium, & Aprilem, præter omnem expectationem devolutum est ad Pontificem arbitrium quatuor novos Cardinales constituendi, quod totidem intra breve illud spatium ad superos evolassent, Petrus Priolus mense Januario, Nicolaus Caracciolus mense Februario, Ulysses Joseph Gozzadinus mense Martio, & tandem mense Aprili Philippus Antonius Gualterius. Hisce autem spoliis adeo brevi tempore potitum Pontificem nulla interposita mora aggredi cœperunt Porziæ fautores, ut in hujus etiam commodum illa converterentur, præsertim Cardinalis Corradinus. Hic una simul, veluti inescando, illiciendoque Pontifici, gratulatus est ipsi, quod opportunam nactus fuisset oc-

casionem Cardinalatum pariter deferendi Vincentio Aloysio Gottio, Ord. Prædic. Compertum erat prætulisse quidem isti Pontificem in illius honoris designatione Gregorium Sellerum ejusd. Ord., postquam tamen in ea re deliberanda animo diutius fluctuasset. Utrumque nomen Porziæ, & Gottii gratis auribus Pontifex accepit; paulo tamen post animadvertit, nullo modo decere posse, ut in eodem Consistorio ambo illi promoverentur; nam, quum in ipso necesse fuisset Porziam ante Gottium nominari, quod illum Abbatialis dignitas (huic Episcopalis deinde accessit) ornaret, inde consequebatur fore, ut Benedictus XIII. Ord. Prædic. tertium Cardinalem Benedictinum in Sacr. Collegium adscivisset, dum duo tantum eidem adscripti essent Cardinales Dominicani; quamvis post unum temporis punctum tertio quoque ex eo Ordine locus patere debuisset. Veritus Corradinus, ne hujusmodi subtilitas ex Pontificis amore erga suum Ordinem progenita conatus suos omnes everteret, ludere eandem nova subtilitate suscepit, insinuavitque propterea ipsi Pontifici, ut, quoniam eo tempore unus ex quatuor Orientalibus Patriarchalibus thronis, in Latinos Præsules conferri solitis, possessore destituebatur, ad eundem eveheretur Magister Gottius in eo ipso Consistorio, quo Cardinalis foret iste renunciandus; nam ea ratione in altera hac dignitate

Por-

Porziam omnimode præcessisset; moris enim est in eo Consessu primum Episcopos proponi, deinde ad Cardinales renunciandos devenire. Arrisit Pontifici solertia ista, qua fieret, ut tertius Cardinalis Dominicanus prærogativa temporis tertium Cardinalem Benedictinum anteverteret. Inde ergo effectum est, ut duo doctrinæ laude præstantissimi Viri, Regularis Instituti Sectatores, magno Sacri Collegii ornamento, & Christianæ Reip. bono a tanto Pontifice Purpura eodem die, nimirum 30. Aprilis 1728. donarentur. Excellebat præterea Porzia admiranda rerum agendarum peritia, adeo ut vix parem haberet in concilianda sibi hominum, cum quibus tractandum sibi foret, benevolentia, ac familiaritate. Notam tamen (quæ sunt hominum judicia) apud aliquos subiit, quod in more haberet tempori, & commodis suis inservire, de qua re mecum olim conquestus est Justus Fontaninus, quippe qui arctissima necessitudine ei per annos plurimos conjunctus, dum suæ res apud Clementem XI. florerent, statim ac istæ sub Innocentio XIII. ruere cœperunt, ab amico, qui tamen gratiam apud Innocentium eundem inierat, desertum se vidit. Beneventanis, quorum amicitiam regnante Benedicto XIII. pluribus artibus sibi paraverat, eo autem demortuo, an multum faverit, comperta omnibus Romæ res est; & æque ibi exploratum, quodnam

de Porziæ ſolertia judicium ferret Tedeſchus, Archiepiſcopus Apamenus, cui ille ex Monaſtico etiam ſodalitio erat pernotus.

Mors Petri Prioli Cardinalis, quam paulo ante narravi menſe Januario eveniſſe, copiam Pontifici fecit, ut in novum benignitatis ſuæ erga me argumentum de re mea familiari exaggeranda cogitaret. Initis ergo cum Cardinali Prodatario conſiliis cogitavit de ſpoliis omnibus a Cardinali Priolo relictis (uno excepto Epiſcopatu Bergomenſi) mihi contradendis, at ea pecuniæ ſumma per ſingulos annos a me attribuenda, quam *Penſionem* dicimus, prægravatis, quæ faceret, quemadmodum ego ſtatim judicavi, ut eorundem ſpoliorum fructus in fumum veluti abirent. Referam Schedam ipſam quam a Cardinali Prodatario accepi. *Il Card. Prodatario ſi dà l' onore di portare la notizia a V. E. che Sua Beatitudine nell' udienza di queſta mattina ha conferito a V. E. tutte le Abbadìe vacanti per la morte della chiara mem. del Sig. Card. Prioli, quali ſono l' infraſcritte, Abbadìa di Vangadizza, Altra del Buſco, già gravata di* 1400. *Scudi di Penſione, Prepoſitura di S. Maria Maddalena, Priorato dello Scanzo; con il gravame però dell' infraſcritte Penſioni, Scudi ſeicento a favore di Monſignor Patriarca Cibo, trecento a favore di Monſignor Colonna Auditor della Camera, e trecento di Penſione perpetua a favore*

vore dell' Ospedale di S. Gallicano.

Ed ha comandato S. Santità a chi scrive di significare a V. E. che s' è astenuta S. Santità di riservare una Pensione di trecento Scudi a favore di Monsignor Orsini Vescovo di Melfi suo Nipote a solo oggetto che V. E. potesse in questa provista avere mille ducento cinquanta scudi *che gli restano detratte le Pensioni. E quando averà l' onore di riverire V. E. le dirà quel tanto di più ch' ha potuto ricavare dal discorso fatto con Sua Santità, con che bacia umilissimamente le mani a V. E.* Exterruit me earundem Pensionum summa, quæ priscis additæ, nimirum Scutatorum Romanorum mille Brixiano Episcopatui jam impositæ, & mille quadringentorum, qua Buschi Abbatia onerabatur, efficerent, ut ter mille sex centa scutata Romana, singulis annis, oneribus illis satisfaciendo forent a me persolvenda. Quare adhibita opera Cardinalis Lercàrii Pontificem exoravi, ut, quoniam statuerat ea stipendia mihi assignando immunem præstare Brixianam Ecclesiam ab eorundem mille nummorum onere, totidem mihi assignare dignaretur super ea ipsa Sacerdotia, quibus alios, ut sibi visum fuisset, donaret. Etsi moderata, & modesta, ut ego censebam, videri posset Pontifici mea hæc flagitatio, ipsius tamen animum, impressis in eodem a Corradino notionibus jam occupatum, aliquantu-

lum conturbavit, quemadmodum conjeci ego ex responso superaddito ipsiusmet manu ad oram Epistolii, quod Cardinali Lercario conscripseram. Ita enim ipsum se habet, *Noi non habbiamo avuta altra intenzione che togliere il peso alla Mensa Vescovile di Brescia dell'antica Pensione. Quando i nuovi Sacerdozj non la sgravino di essa, non intendiamo di conferirgli al degnissimo Vescovo da Noi eletto, & Deus & dies ci daranno la maniera di conferire al medesimo in altra Pensione sgranita il tantumdem, dichiarandosi con V. S. che non vogliamo aver creati Cardinali, che ci dimandino altro che tesori spirituali. Cantano tre mie Concioni fatte in proposito in Concistoro. Tre soli mille Ducati di Regno havessimo dal nostro beneficentissimo Clemente X. ne mai aprimmo la bocca a dimandare, ma bensì sempre aperta per predicare la grazia fattaci prima del Cardinalato, e poscia in età di 26. anni di averci caratterizato collo adorato sommo Sacerdozio di Arcivescovo di Manfredonia. Non habbiamo cuore da desiderare ad altri ciò che la divina Clemenza non fece desiderare allo indegno Cardinale Orsini - 6. Febr.* 1728. Ægerrime tuli illatam Pontificis animo, quæcunque illa foret, molestiam per preces, quas sine ulla ejusdem offensione exhiberi eidem a me posse arbitratus fueram. Nactus ergo ejus Conspectui me sistendi occasionem, sancte semel,

iterumque professus sum, nihil mihi magis cordi esse, quam ut Sanctitatis Suæ voluntati in omnibus, & ubique morigerarer, ac propterea paratum prorsus memet ipsum exhibui ad Sacerdotia, quæ mihi destinaverat, accipienda, & quidem eo omni onere gravata, quod eisdem superimponi posse Prodatarius sive jure, sive injuria censuisset. Subdidi, cogitationem, qua antea angebar, penitus aufugisse lecto Responso Sanctissimo, clausulamque ex eodem recitavi, *Non abbiamo cuore da desiderare ad altri ciò, che la Divina Clemenza non fece desiderare al Cardinale Orsini;* his autem auditis Pontifex e vestigio subjunxit, *Giacchè ci fa l'onore di recitare il nostro testo, lo reciti tale quale l'abbiamo scritto, e però dica* „Allo indegno Cardinal Orsini.„

Quam autem benigna sollicitudine postero die Pontifex certior fieri curaverit, num modestiæ tantum causa ejus voluntati in negotio, de quo hic actum est, obsecundassem, luculentum, & insperatum testimonium accepi ex Cardinalis Prodatarii Epistolio cito ad me exarato, cujus summa hæc est, *Dalla Dataria li* 19. *Feb.* 1728. *La Santità di N.S. questa mattina doppo il S. Officio hà chiamato il Card. Corradini, e gl' hà detto, che nell'udienza di jeri sera non potè mai da V.E. sapere, se colla provista detratte le pensioni gli restavano liberi almeno mille scudi, e mi hà coman-*

mandato di scrivere a V.E. per sentire, se Ella stima che gli resti libera la detta somma. E benchè gl' abbia replicato che V.E. voleva aspettare d'andare alla residenza, & ivi sapere il netto, nulladimeno li pare assai strano, che quando la bo: me: del Cardinale Prioli aveva un Vescovado forse inferiore di rendita a quello di V. E., e con la medesima provista datale si stimava da tutti proveduto abbastanza delli sei milla Scudi, pagando le pensioni sù l'Abbadia del Busca, che di presente vi sono, non possa credere V.E. aggravata di più delli mille, e cento Scudi delle pensioni nuove imposte da Sua Beatitudine, che gl' avanzino mille Scudi liberi; Supplica dunque umilmente il Card. Corradini, il quale non puole far di meno d' eseguire gl' ordini di Sua Santità di rispondere a questa istanza della medema, & all' E. V. bacia umilissimamente le Mani. Gratissima mihi accidit necessitas, in quam me conjecisset Cardinalis Prodatarii Epistolium istud, instituendi scilicet comparationem inter Ecclesiasticos proventus, quibus Priolus Cardinalis fruebatur, eosque, qui mihi recens fuerant assignati; nam facile mihi fuit in propatulo ponere, dum eidem Epistolio respondi, reditus meos ab iis, quibus gaudebat Priolus, integro dimidio, & amplius adhuc distare. Scripsi ergo: etsi pares ambo essemus in fructuum illorum summa, qui illi ex mensa Ecclesiæ Bergomensis, mihi ex

ex mensa Ecclesiæ Brixiensis obtingebant, paresque in tolerando onere Pensionum, cui obnoxia erat Abbatia S. Andreæ de Busco, ac pares tandem in Sacerdotiorum numero, quorum possessio utrique nostrum fuisset attributa, duplex tamen inter amborum reditus intercedere discrimen, quod solvendæ mihi forent annuæ Pensiones (præter impositam Abbatiæ de Busco) Scutatorum bis mille, & ducentum, quæ prægravabant partim Ecclesiam Brixiensem, partim Sacerdotia nuperrime mihi assignata, dum tamen Priolus Bergomensem Ecclesiam sola Pensione 400. vel 500. Scutatorum gravatam obtinuisset; ac præterea ipsemet Pensionem, quam vocamus *Activam*, mille & sexcentis Scutatis Rom. constantem, impositamque partim super mensam Patavinam, partim super Abbatiam S. Zenonis de Verona inter reditus suos numerasset. Conclusi igitur, ex calculis istis luce meridiana clarioribus manifesto liquere duplo, & amplius uberiore Ecclesiasticorum bonorum summa Card. Priolum gavisum fuisse, quam ea esset, qua ipse gavisurus forem; ac propterea, quandoquidem fatebatur Prodatarius, justam Cardinalatus sui dotem, scilicet sex millia Scutatorum, Priolum recepisse, inde consequi, dimidium saltem ejusdem dotis Cardinalatui meo adhuc deesse. Hisce, utique ad arithmeticæ veritatis normam descriptis, offi-

cii

cii mei tamen esse putavi pro coronide preces subjungere, quibus eundem Prodatarium exorabam, ne quid vel minimæ molestiæ, causa ejus rei, Pontifici amplius facesseret. Facile ille easdem admisit, ac proinde dum ipsum Pontificem rursus adivi, diligenter cavi, ne ullam negotii illius mentionem facerem.

At ad movendum, curandumque apud Pontificem negotium aliud adegit me Cardinalis Jo. Franc. Barbadicus, Episcopus Patavinus. Hic, ut primo e vivis excessit Cardinalis Petrus Priolus, ope Cardinalis Oliverii, a Secretis *Brevium* literarum, Indultum impetraverat adipiscendi, etiamsi Roma abesset, Titulum Ecclesiæ S. Marci cum jure habitationis in Palatio, quod pariter S. Marci nuncupatur; jamque confectæ fuerant de eodem Indulto literæ Apostolicæ. Quoniam vero per hujusmodi factum gravis mihi inferebatur injuria, quandoquidem Titulus ille, & habitatio eidem annexa ad Cardinalem Venetum antiquiorem quidem, sed Romæ præsentem spectaret, vehementer laborare cœpi, ne literæ illæ effectum sortirentur; quumque nihil proficerem causam meam agendo apud Oliverium, ad Pontificem ipsum confugi. Ostenderat mihi Oliverius literas, quibus olim illud ipsum Indultum concessum fuerat Cardinali Petro Otthobono (Summo postea Pontifici) dum ad regendam Brixianam

Ec-

clesiam accessit. Hasce tamen adversus exceperam ego, obtentas easdem fuisse ab Otthobono, dum Romæ nullus alius Venetus Cardinalis præsens adesset, ac proinde in iis concedendis nullum, ut dicimus, *tertii præjudicium* intervenisset, quod manifeste interveniebat in privilegio indulto Card. Barbadico. Jus igitur meum tueri suscepi apud Pontificem, & quidem aliquanto acriter; quumque ille benigne mihi aures præbuisset, propitiam suam voluntatem ita mihi declaravit, *Lei si affanna, e siamo d' accordo; il Breve d' ottar il Titolo di S. Marco in assenza che fu altre volte concesso, non fa al caso nostro, e per le ragioni da lei dette, e per un' altra che ci fa anche più forza, cioè a dire, ch' il terzo, del pregiudizio del quale si tratta, e una nostra Creatura dilettissima;* hisque dictis, illico imperavit, ut Cardinalis Oliverius moneretur, ne literæ Apostolicæ de eo privilegio conficerentur, aut si conscriptæ jam forent, nullius roboris ipsas futuras per literas alias declararetur. Victoria autem in hunc modum relata, libere *optavi* (ut loqui solemus) Titulum S. Marci in convocato post paucos dies Consistorio, fruorque modo habitatione eidem adjuncta. An autem Ecclesiæ S. Marci commodis, potius quam meis, in hoc negotio consuluerim, status præsens ejusdem Ecclesiæ demonstrat, in quam instaurandam, & ornandam si duodecim mille

le numos aureos me dixero jam impendisse; testes aderunt luculentissimi, qui meo huic dicto assentiantur; etsi ex eo Titulo sola mihi obtingat habitatio in Palatio S. Marci. Quæ tenuis autem pecuniæ summa mihi obtingit ex novo Titulo S. Praxedis, huic Ædi, ejusque Parochiæ ipsam sacravi; idem prorsus facturus de proventu Tituli S. Laurentii in Lucina, siquidem ad me pertinebit. Obversata jam diu mihi est, semperque, ut spero, obversabitur laus in sanctissimum Cardinalem Ursinum a Sanctiss. Pontifice Clemente XI. collata, *nesciendi aurum, & argentum*; ejusdemque assequendæ cupidus, videor mihi grati animi argumentum hac etiam ratione exhibere utriusque Pontificis erga me beneficentiæ.

Novo beneficio, post tot, & tanta jam recensita, me Benedictus XIII. affecit, dum Apostolicam Benedictionem pro adeunda Brixia impetraturus, primis mensis Martii diebus ad ipsum accessi. Obtuli siquidem postremæ meæ illius admissionis occasione Sanctitati Suæ preces, ut facultatem mihi ipsa impertiretur benemerendi de Monachis Congregationis Casinensis, quod tenero istos amore prosequi, ceu Sodales mei semper, & ubique amantissimos, nunquam destiturus forem. Petii ergo, ut singulis eorundem Comitiis, quæ Capitula Generalia, seu Diætas vocant, fas mihi esset, binos Decanos, ultra numerum

rum a Casinensibus Constitutionibus fixum, renunciare, binisque aliis ad Decanatum juxta easdem Constitutiones eligendis privilegium concedere, quo apti fierent ad eundem obtinendum per unius anni *dispensationem*. Ignorabat Pontifex, quænam foret dignitas ista Decanatus apud Casinenses Monachos; quare opus fuit, ut ejusdem prærogativam ipsi explicarem. Ut autem rem percepit, mox subjunxit, *Perchè non dimanda lei il privilegio di far quattr' Abati in ogni Capitolo, o Dieta?* Respondi, quod hæc facultas valde gravis futura esset eidem Congregationi. Subdidit Pontifex, *Dimandi adunque quello che dimanda, almeno a bimatu & infra*. Iterum rogavi, ut supplici libello, cujuscemodi manibus gerebam, gratiosum Rescriptum apponeret; idque ille absque mora benignissime præstitit. Quo animo paratus forem Congregationis Casinensis commoda in rebus multo majoris momenti procurare, palam feci, verbis quidem, dum actum est de Protectore eidem dando post mortem Cardinalis Corradini, re autem ipsa, dum reædificandæ Ecclesiæ S. Alexii, quæ Romæ ad Hieronymianos Cænobitas pertinet, ea tantum de causa crumenam meam applicui, quod ipsorum Protectorem me Benedictus XIV. designasset, & dum actum est etiam de evehendis ad Abbatialem dignitatem Hieronymianæ Congre-

gregationis Præpositis, per gratiosum Pontificis Rescriptum, absque ullo propterea seu horum, qui antea solo Priorum titulo gaudebant, seu ipsorum Monasteriorum impendio. At de hisce fusius suo loco; spectant enim ista ad Pontificatum BENEDICTI XIV.

Hoc vero loco memorabo quid mihi acciderit ex nova impressione Tabellæ illius, qua Benedicti XIII. Gesta concluseram. Cudendam eam rursus curaveram initio an. 1728. ut in ipsa apparerent sacrarum cærimoniarum numeri, non cujusmodi in prima editione signati fuerant, sed aucti pro ratione earundem peractarum ab ipso Pontifice post editionem illam superiori anno Beneventi eidem exhibitam. Auxi autem præterea novam impressionem titulis eorum librorum, quos usque ad eum diem conscripseram, ipsique Pontifici obtuleram. Accidit igitur mihi, ut dum Pontifex Missæ in Æde Vaticana solemniter celebratæ una cum Cardinalibus interesset, accederemque ego ad sanctissimas ejus manus deosculandas, consuetæ adorationis causa, his ille verbis me compellaret, *Sig. Cardinale, perchè mai vuol lei, ch' essendo stati tanto amici in vita, morti che saremo divenghiamo poi un giorno nemici?* Maximopere stupefactus (nam prorsus nesciebam quo tendere posset blanda ista exprobratio) respondi, *Mai tal cosa, Padre Santo, mentre mi sarebbe quella un nuovo Pur-*

Purgatorio. Subdidit ille, *E pur così ha da esſere, giacchè nella nuova Stampa del Rame, di cui ci ha favoriti* (ad hæc verba ſtatim ego, *Ho ſervito Voſtra Santità di eſſa ſtampa prendendo la libertà d' umigliargliela*; at iterum ipſe, *Ci ha favoriti, mentre non ce l' ha fatta pagare) in eſſa Stampa adunque avendo fatti comparire oltre i noſtri libri, anche i ſuoi ſenza contraſegnar queſti con il ſuo nome, venuto che ſia il giorno del Giudizio finale, nel ripigliar che faremo le noſtre vecchie ſpoglie, non potremo a meno di non contendere, poichè per mancanza di detto ſuo nome non ſi ſaprà a chi di Noi due ſpettino quei libri*. Audierunt ſermonem iſtum duo Cardinales Diaconi, qui de more in ſacris iis cærimoniis Pontificis lateri adhærent. Reliqui autem Cardinales, ut primo ego ad meum ſubſellium regreſſus ſum, ope eorum, qui prope me conſidebant, ejuſdem ſermonis certiores fieri avide curarunt, miratique ſunt omnes Pontificii ingenii aciem cum ſingulari urbanitate conjunctam.

Quod adeo indulgenter, adeo benigne perpetuis, contextiſque actibus mecum egerit Pontifex per viginti illos menſes, quos una cum ipſo (ſi ita loqui mihi licet) tranſegi, juſtam hanc cauſam mihi fuiſſe Romam haud ſine triſtitia relinquendi, fruſtra facerem, ſi verbis meis declarari opus eſſe cenſerem.

CAPUT II.

De binis gratulatoriis ob Cardinalatum literis Romæ, ante discessum ex ea Urbe, Lutetia acceptis, de Pastorali Epistola ad Brixianos causa ejusdem Cardinalatus, de adventu ad Urbem Brixianam post medium Mart. an. MDCCXXVIII. *de studio in novi Templi ædificatione statim ibidem collocato, de Venetiis bis eo anno aditis, de Vangaditiensi Abbatia invisa, de parte sacri Ossis S. Luciæ Venetiis impetrata Pontifici dono tradenda.*

Mihi ex Alma Urbe jam jam discessuro perlatæ fuerunt binæ literæ Parisiis conscriptæ a Noallio,& Fleurio, Cardinalibus. Hasce, ut de paribus facere consuevi in superioribus Voluminibus, integras recitare non prætermitto. Unum utrisque inest argumentum, gratulatio scilicet delati mihi Cardinalatus. Fleurius suas dedit die 28. Dec. atque hujusmodi sunt, *J'avois deja fait par avance, Monsieur, la mesme reflexion, que fait V.E. sur la conformité de nostre promotion, avec la difference qu'il estoit tres naturel de prevoir, que votre merite ne pouvoit manquer d'etre bientot connu & recompensé a Rome, ou Vous alliès. V. E. se bornoit presque dans ce tems-la a l'Abbaye de Lerins, la quelle en verité ne doit faire aucune envie par aucun endroit. Je me trouve bien honoré d'avoir quelque ressemblance avec V.E. & je me souviendrai toujours avec un extreme plai-*

sir

ſir du petit ſejour, qu'elle voulut bien faire avec moi a Frejus. J'augurai des lors tout ce que vos grandes qualitez Vous procureroient un jour, & j'ay eu une ſenſible joye, que Vous deviez votre elevation a un Saint Pape, qui n'honore pas moins par ſon eſtime que par la pourpre ceux, qu'il y eleve. S. Sainteté Vous a encore donné de quoi la ſoutenir avec dignité, & ce n'eſt pas choſe indifferente. J'ay rendu les lettres de V. E. a leurs Majeſtés, que j'ay inſtruites en meſme tems de ſon merite diſtingué, & elle peut compter ſur leur bienveillance. J'ay taſché de marquer a M. Moroſini, pendant ſon ſejour en France, combien j'honorois ſa perſonne, ſa naiſſance, ſa probité, & ſa vertu, beaucoup plus raccommendables encore, que le caractere dont il eſtoit revetu. Tout le monde s'y eſt empreſſé auſſi a luy rendre le meſme temoignage. Je Vous ſupplie, Monſieur, de vouloir bien le remercier de l'honneur de ſon ſouvenir. Je reſpecte & je reſpecterai toute ma vie V. Em. que je ſupplie de vouloir bien m'honorer de ſes commandements dans toutes les choſes qui dependront de moy.

Noallius die 4. Januarii ita ad me ſcripſit, *Rien ne me fait plus de plaiſir, Monſieur, que d'apprendre par Voſtre Eminence elle meſme, que ce n'eſt point a ſon Secretaire, a qui je dois la lettre, dont Elle m'a honoré, mais uniquement a ſon bon Coeur, qui n'a point oublié une perſonne, qui a toujours rendu juſtice aux ver-*

tus singulieres, & aux grands talens de V. Em. Que n'aye encore pour temoin de mes sentimens M. le Card. d'Estrées! qui est souvent convenu avec moy, que Vous n'aviez qu'a vivre pour estre elevé aux premieres dignités de l'Eglise. Je suis bien asseuré, Monsieur, que si j'avois besoin de caution sur mon respect, mon attachement, & ma parfaite soumission pour le S. Siege, ce grand Cardinal ne refuseroit pas de l'estre. C'est un grand malheur, Monsieur, d'avoir des adversaires qui ont du credit, qui sont persuadés, qu'il est de leur interest de rendre suspect tout ce que je dis, & de faire en sorte, que l'on en soit mecontent; je n'en feray pas moins mes efforts pour remplir toute justice. Un Chanoine Regulier a distribué dans mon Diocese un livre en faveur des Ordinations Angloises, dans le quel il a enseigné plusieurs erreurs grossieres sur des points capitaux. J'ay condamné son livre des le Mois d'Aoust dernier, & j'ay saisi avec joye cette occasion pour m'expliquer encore une fois tout clairement, & rendre notoire a toute la terre ma soumission au S. Siege. Trouvez bon, Monsieur, que je Vous envoye l'Instruction, que je viens de donner la dessus a mes Diocesains. Je Vous prie de la recevoir comm'une marque de la consideration, que j'ai pour Votr'Eminence, de la lire avec cette amitié dont Vous m'avez toujours honoré, & si Votr'Eminence veut bien me faire la grace d'en rendre compte a sa Sainteté, je

me

le Courrayer

me croiray trop bien recompensé de ce que Vous voulez bien supposer que Vous me devez. Je ne demande plus a N. S. P. des marques de sa bonté, je suis asseuré de son coeur, cela me suffit. Il est bien triste & bien surprenant que les temoignages precieux, qu'il a bien voulu me donner de sa tendresse paternelle, n'ayent servi, qu'a ranimer la jalousie de ceux, qui ne m'aiment point, & a me susciter de nouvelles affaires. Il a paru a plusieurs personnes que chaque parole d'honneteté, que Sa Sainteté vouloit dire en ma faveur, estoit regardée par ceux qui me sont opposez, comme une injurie, qui leur estoit personelle, & je ne sai si le contrecoup n'en est point tombé jusque sur Sa Sainteté, ce qui m'affligeroit extremement. Je leur pardonne de tout mon coeur le mal, qu'ils m'ont fait. Je n'en sai point de plus grand, que d'avoir elevé depuis vint ans un mur de separation a mesure que je travaillois a le detruire. J'ay dit encore ces jours passez volontiers pour eux, Domine ne statuas illis hoc peccatum. *Ce qui me console a la veille de quitter cette triste vie, c'est de voir sur la chaire de S. Pierre un S. Pontife, qui n'est occupé qu'a remplir le sacré College de sujets capables de luy faire honneur. Vivez, Monsieur, vivez de longues années pour l'utilité de l'Eglise, & l'honneur du S. Siege. Soyez la joye & la consolation d'un Pontife, pour le quel je donnerois volontiers ce qui me reste de vie. Prolon-*

gez ses jours en le soulageant dans ses travaux Apostoliques. Ces sont les voeux de celuy qui est avec beaucoup de respect & d'attachement &c.

Hisce autem literis facere non possum quin subjungam eas, quas ipse Roma ad Brixianos meos pro nuncio ipsis perferendo ejusdem Purpuræ mihi delatæ, transmisi. Eæ ita se habent. *Qui paucis abhinc mensibus Dominum in hymnis magnificastis, Venerabiles Fratres, Dilectissimi Filii, ob Ecclesiæ Vestræ præfecturam divino prorsus consilio mihi commissam, en aliud Vobis hodie gaudii argumentum proponitur, quos proinde Propheticis alloquor verbis:* Cantate Domino Canticum Novum. *Dominus siquidem, cujus est incipere, atque perficere, Antistitem Vestrum magis magisque honorificans, sacrum ejus principatum Apostolicæ Purpuræ fulgore confortavit.* Cantate *itaque* Domino canticum novum. Laus ejus ab extremis Terræ; *ab extremis scilicet Italici continentis, a quo Corcyra Insula magno aquarum tractu segregata, exultabit & ipsa, vehementer admirans, Metropolitam suum ad visitanda Apostolorum limina profectum, dum reditum ad Sponsam maturaret, sola favente benignitate Benedicti XIII. Pontificis Optimi Maximi (ei quamvis nulla antea notum consuetudine) inter eorumdem liminum Cardines brevissimo temporis intervallo cooptatum. Metropolitam, inquam, suum; quominus enim Brixiensis Ecclesia splendor*

dor collatum mihi Cardinalatum valeat sibi vindicare, obstat mea, ut vocant, Creationis *epocha, quæ multis mensibus, ut ex nupera* Declaratione *constat, Brixienses Infulas præcessit.*

Fateor utique honorem hunc meum magna ex parte tribuendum Venetæ Reip. in cujus sinu natales mihi obtigerunt, magna etiam ex parte Benedictinæ Familiæ, cui a teneris annis ut nomen darem, Divina effecit misericordia; utramque enim pro comperto est quam impense diligat, ac colat Sanctissimus Pontifex Benedictus, illam quidem velut alteram Patriam suam, utpote Patritiorum Ordini a multis jam sæculis in ea Civitate adscriptus, & ibidem Dominicanæ militiæ assecla effectus, hanc vero ceu Religiosarum Familiarum omnium, ac proinde Suæ etiam, principem atque Parentem. Attamen præ tot Benedictinis ascetis, præ tot Venetæ Reipublicæ Filiis, transmarinum Episcopum unice electum, unice assumptum, hoc illud est, quod a Domino factum dicimus, hoc illud est, quod vere profundas Domini cogitationes demonstrat.

Verum enim vero, Dilectissimi, obtentum honorem ea ratione vobis debere profiteor, quatenus quidquid in eo dignitatis, quidquid auctoritatis reperitur, ad animarum vestrarum salutem referendum intelligo. Propterea vos ardentius adhuc quam antea in visceribus Jesu Christi cupiens, proposui ad vos cito proficisci, ut, si fieri possit, una simul proxima Dominica Resur-

rectionis Solemnia celebremus cum gaudio, una simul sancti Altaris communione in iis reficiamur, invicem confirmantes Nos, invicem consolantes in Nobis. Audio vocem balantis. Quo enim pacto non audiam? cum earum clamor innumeris balatibus ingeminatus undique resonet, ac præsentiam Pastoris cum omni aviditate deposcat. Tunc profecto oves meas vocem meam libenter audituras confido, si quantocyus ipse, earum vocibus invitatus, ad videndas illas properavero.

Sollicitudinem hanc dilectissimum gregem invisendi, præter Pastorale officium, magis adhuc urgent Sanctissimi Benefactoris mei exempla, qui nimirum per quinquaginta & amplius annos Episcopalem sarcinam portans, non alias delicias agnovisse videtur, quam esse cum ovibus suis. Utinam vero luculentissima alia innumerabilium virtutum exempla, quibus ille in Ecclesiarum sibi creditarum regimine effulsit, non gregum tantum suorum, sed Pastorum omnium forma effectus, liceat Mihi aliqua ratione imitari, ejusque vestigia, longo quamvis intervallo, sectari.

Rogate igitur Dominum, Dilectissimi, ut prosperum iter habeam ad Vos, ut veniens ad Vos, in abundantia benedictionis Evangelii Christi veniam, pro certo habentes, nullum Episcopalis officii genus a me detrectandum, quin singula diu noctuque impigre arripienda, adeo ut tunc me vere felicem existimem, si cum B. Augustino

(cu-

(cujus hodie Titulum accepi) dicere valeam:
„Curæ Ecclesiasticæ adeo me occupatissimum „tenent, quod pauculæ guttulæ temporis vix „recreant, vel cogitantem, vel dictantem, vel „reficientem corporis vires. Deus pacis sit „cum omnibus vobis. Amen.„ *Datum Romæ extra Portam Flaminiam die* 22. *Decemb.* 1727.

Vota illa Dominicæ Resurrectionis Festa cum grege meo celebrandi fortunavit Deus; nam Brixiam ingressus sum paulo post dimidium Mart. Eo advectus, par erat, ut, qui desiderio, dum primum Brixiæ Antistes designatus fui, omnibus viribus in novi Templi ejusdem urbis ædificationem incumbendi exardere me senseram, illico ad id operis easdem intenderem. Quam sollicite autem, quam obnixe totum me ad rem illam appulerim, luculenta præbent testimonia publicæ quædam chartæ, quas hoc loco recitari operæ pretium puto. Conscium mei ejusdem studii primarium Magistratum, seu ut vocantur *i Signori Pubblici Deputati*, quum effecissem per literas datas post binas a meo isthuc adventu hebdomadas, hæc ad illas ipsi responderunt die 17. Apr. 1728. *La benignissima Lettera di V.S. Eminentissima, e Reverendissima data li* 8. *corrente ci obbliga a renderle umilissime grazie, e per il gradimento, di cui ha voluto degnare l'ordine, che per debito del nostro sommo ossequio abbiamo dato per il suono delle Campane della Torre del Po-*

po-

polo, e più ancora per la premura, che in essa mostra intorno la fabbrica di questo nostro nuovo Duomo. Questa specialmente ci ha recata una consolazione indicibile, ed abbiamo creduto conveniente il comunicarla subito ancora a questi Signori Deputati della Consulta, ed alle Fabbriche. L'hanno essi intesa con pari giubbilo, ed hanno concepito una ferma speranza, che V. E. sia l'Angelo, per le di cui mani il Signore voglia dare il compimento a questa sua Casa, intorno la quale da più d'un Secolo faticano le mani degli Uomini. Eccitati però li detti Signori Deputati da tale fiducia, e mossi pure dalla profonda venerazione, che portano a V. E. hanno d'unanime consenso desiderato, che a Loro nome da Noi si supplichi l'E. V. a voler ajutare questa pia Opera con tutti que' mezzi, che stimerà più confacenti. E quand'anche piacesse all'E. V. di eleggere un Soggetto Ecclesiastico, il quale presiedesse all'elemosine da V. E. raccolte, o applicate a questa fabbrica, col potere anche delle medesime disponere in proseguimento dell'antico Modello, o di quello resterà stabilito da questa Città, sarà questi ugualmente al nostro desiderio uniforme. Così speriamo, che operando a gara tutte due queste braccia possano ridurre alla dovuta perfezione questo nostro Tempio, il che al solo Secolare adesso pare quasi impossibile, e da tutti certamente può più riguardarsi come oggetto di desiderio, che di speranza. A questi

ze-

zelanti ſenſi de' Signori Deputati ſuddetti uniamo Noi pure le noſtre viviſsime iſtanze, ſperando, che l'E V. vorrà ſecondarle a gloria dell' Altiſsimo, e per riguardo della quale i noſtri Antenati meritano lode, e non che ſcuſa nell' avere avute idee così vaſte, e ſuperiori alle noſtre forze. E con profondo inchino ci proteſtiamo.

Illud ipſum ſtudium ut magis, magiſque declararem, tribus vicibus intra annos 1728, & 1729. Pergamum conſcendi, & quidem Pontificalibus indumentis ornatus, Orationes habiturus, quarum ſummam in Epiſtola Paſtorali, haud multo poſt eaſdem in lucem emiſſa, hiſce verbis comprehendi, *Potete ſovvenirvi eſſer Noi ſaliti per ben tre volte nello ſpazio di pochi meſi con gli abiti Pontificali ſul pergamo della Cattedrale, avendo principalmente in oggetto di eccitare co' Noſtri diſcorſi la voſtra pietà a concorrere con larghezza di limoſine al medeſimo fine. La prima volta fu il giorno della ſolennità di Paſqua, nella quale eſiggendo da Voi gli argomenti della voſtra ſpirituale riſurrezione, ci dichiarammo, che uno de' più validi ſarebbe ſtato agli occhj Noſtri il vedervi così ſolleciti nel perfezionare il voſtro gran Tempio, quanto fu Criſto nel riſtabilire quello del ſuo Corpo, ſecondo quello, che aveva detto Egli ſteſſo* „Solvite templum hoc, & in „triduo reædificabo illud„. *Vi chieſimo allora un*

un triduo non di giorni, non di mesi, non di anni, ma ci contentammo, che fosse di lustri, dopo i quali le pareti di detto Tempio cessassero una volta d' implorare ad alta voce la loro consumazione, la quale andavano già da cento e trent' anni implorando. Gran trionfo, esclamammo, della vostra pietà, se avessimo veduto venire a Noi gli artefici impiegati nel grand' edificio, e dirci, come fu detto da altri a Mosè: „Plus offert populus, quam necessarium „est„, *e così dovessimo intimare con il suddetto Profeta:* „Nec vir, nec mulier quidquam of„ferat ultra in opere Sanctuarii, eo quod „oblata sufficerent, & superabundarent„. *Alzammo in ultimo luogo al Cielo le mani, e con le medesime presentammo all' Altissimo le vostre promesse, valendoci delle parole di Davide:* „Quis ego, & quis populus meus, ut possi„mus hæc Tibi universa promittere? Tua „sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, „dedimus Tibi. Domine Deus noster omnis „hæc copia, quam paravimus, ut ædificare„tur domus nomini sancto tuo, de manu tua „est, & tua sunt omnia„. *Con fervore niente minore vi parlammo un' altra volta dall' istesso pergamo, e fu il giorno della Pentecoste &c. Finalmente ci facemmo sentire sopra il medesimo argomento il giorno dell' Assunzione di Maria Vergine in Cielo, e preso motivo dal Vangelo di quella mattina, in cui si narra l' ospita-*

lità

la conferenza de' Casi, così speriamo, che Iddio ci darà la consolazione di trasferirci a visitare le parti più rimote, ed aspre della Diocesi, che sono le confinanti con la Valtellina, prima di cedere la Chiesa. Vi promettiamo finalmente, che restando appresso di voi, avremo sempre avanti gli occhj la maledizione fulminata nel cap. 34. d'Ezechiello contro i cattivi Pastori : „Lac comedebatis, & lanis operiebamini, gregem autem meum non pascebatis„. *Se abbiamo tanta premura pel Tempio materiale di Dio, ben vedete, che maggiore dobbiamo averla pel Tempio Spirituale, che siete voi stessi*, „Templum Dei estis vos„.

Quo autem pacto vix vulgata mea ista Pastorali Epistola, pollicitationem de Templo spirituali juvando eadem comprehensam adimplere curaverim, testes adsunt binæ aliæ meæ literæ, quarum quoque summam statim profero. Agitur in earum primis de adhibitis ad Sacras Missiones mea in Diœcesi Presbyteris, qui *Missionum* vocantur, quosque e Cremonensi, in qua fixam sedem obtinent, hujus autem expertes sunt in tota Ditione Veneta, acciveram. Eorundem præsens quoniam adfuissem in pago Rovatensi Concionibus quotquot ibidem per dies plures habuerant, hisce verbis Parochos meos omnes per Epistolam encyclicam sum alloquutus, *Ha da riguardarsi certamente come una vera benedi-*

dizione del Cielo sopra questa Nostra Diocesi, il vedere, che non mancando essa di sagri Operarj impiegati con indicibile zelo nel fruttuosissimo esercizio delle Missioni, pure Iddio con l'abbondante sua misericordia si compiace a giorni Nostri suscitarne da altra Diocesi de' nuovi, che avendo la detta santa pratica per incombenza primaria del loro religioso Istituto, compariscono ben riccamente adorni per Divina bontà di quei doni tutti, che con ispecialità corrispondono alla loro vocazione. Quindi è, che per corrispondere Noi a grazia così grande, quale vien fatta dal Signore col ministero de' medesimi a' Popoli commessi alla Nostra cura Pastorale, non possiamo a meno di non promuovere la loro opera con quei mezzi, che dipendono dalla Nostra facoltà. Ogni Paroco ben intende, che parliamo de' Preti della Congrazione della Missione, i quali nella prossima decorsa State si sono impiegati in detto santo esercizio nella Parrocchia di Sale di Maresino, e già da un mese in quella di Rodiano, ed attualmente si ritrovano con il medesimo impiego nell' altra di Rovato, ne' quali luoghi tutti è inesplicabile il profitto, che vi hanno fatto, mettendo nel suo chiaro lume le Verità eterne secondo i principj semplici, e sodi della Religione Cristiana, che professiamo, e di più a parte l' essenza dello spirito Ecclesiastico per quelli, che professano la vita Chericale. Ora l' oggetto di questa Nostra Circolare a tutt' i Parochi è di

portarli in primo luogo a render grazie al Signor Iddio, facendo eco alle parole da Noi impiegate nell' apertura delle Missioni di Rovato, e tirate dal cap.1. della pist.1. a i Corint.,,Gratias ago Deo meo pro vobis in gratia Dei, ,,quæ data est vobis in Christo Jesu,, *e poscia di notificare a' medesimi la risoluzione da Noi presa di procurare da essi Padri tre o quattro Missioni all' anno da farsi nelle Chiese Parrocchiali, e nelle parti della Diocesi più popolate, e più bisognevoli di questo straordinario spirituale conforto; addossando a Noi tutto il peso del trasporto, alloggio, e mantenimento di essi Sacerdoti durante il tempo del loro impiego &c.* Alteræ vero literæ declarant commissam a me illis ipsis Presbyteris provinciam divinarum rerum meditatione per dies decem pascendi in hac ipsa urbe Brixia eos omnes, qui Ecclesiasticos Ordines erunt suscepturi. Quare eosdem Parochos rursus ita sum affatus, *Quanto è maggiore il motivo, che abbiamo di benedire la Divina Misericordia, per averci fatto sorgere in cuore già da un anno il pensiere di chiamare da aliena Diocesi i Preti della Congregazione della Missione, affinchè a benefizio della Nostra s'impiegassero nell' importante esercizio, da cui riceve la propria denominazione il loro religioso Istituto, tanto più vivo è il desiderio Nostro di valerci dell' opera de' medesimi anche in altre occorrenze spirituali, sempre più ri-*

riconoſcendo, che la moltitudine dell'Anime a Noi conſegnate richiede copia grande di ſagri Miniſtri e vecchj, e nuovi, quali tutti il Signor Iddio ſi degni riempire d'un ſanto ardore „æmulandi chariſmata meliora,„ *in vantaggio di queſta Dioceſi, ed in ſovvegno della Noſtra fiacchezza. Quindi è, che fra le dette primarie occorrenze annoverandoſi quella de' ſanti Eſercizj ſoliti farſi da coloro, che aſpirano d'eſſer promoſſi agli Ordini della Chieſa, abbiamo riſoluto di appoggiare anche queſta cura a' Sacerdoti ſuddetti, che a tal fine ſaranno da Noi mantenuti a Breſcia, ed il luogo delle radunanze ſarà il Noſtro iſteſſo Palazzo, ed interverremo Noi ſteſſi con frequenza alle divote funzioni &c.* Addidi poſtea, *Speriamo fermamente nella Divina bontà, che ſarà per benedire queſto Noſtro regolamento, e ciò per aver Noi il teſtimonio di Chieſa ſanta, che ha Iddio ſuſcitato nel Fondatore de' Sacerdoti della Miſſione lo ſpiriio del ſuo Figlio* „ad Eccleſiaſtici Ordinis decorem promovendum,„ *parole canonizzate nell' Orazione da recitarſi in onore di eſſo Santo Fondatore; e di più anche, come nella medeſima Orazione ſi legge* „ad evangelizandum Pau„peribus, Derelictorum, Infirmorumque mi„ſerias ſublevandas,„; *con che ognuno ben vede quanto biſogno abbia un Veſcovo, e ſpecialmente ripieno d'imperfezioni, come ſiam Noi, di valerſi per benefizio del proprio gregge dell'Apo-*

ſtolica loro carità, ed umiltà. Crediamo bene per fine d'aggiugnere, qualmente in Roma dopo la Bolla d'Alessandro VII. quale comincia „Apoſtolica ſollicitudo„ *in data* 7. *Agoſto* 1662. *non è permeſſo agli Ordinandi far gli Eſercizj ſe non da' Padri della Miſſione, tanto che i Prelati ſteſſi hanno biſogno della poſitiva diſpenſa del Papa per fargli o in altra Caſa religioſa, o ſotto la direzione di altri Sacerdoti.*

Novum documentum primo loco a me habiti, ſemperque habendi in adminiſtranda mea Diœceſi Templi ſpiritualis præbuiſſe mihi viſus ſum ſacra luſtratione peragrando quaquaverſus univerſam Vallem Camunicam, eaque occaſione novis ſubſidiis firmando Saleſianarum Virginum in oppido Darfenſi Aſceterio. Utramque meam iſtam curam complexa eſt Paſtoralis Epiſtola, cujus partem ſubjungo, *Grande, o Dilettiſſimi, è ſtata la conſolazione Noſtra nell'avere recentemente viſitata la voſtra Valle, trapaſſando fin all'eſtremità della medeſima, che da una parte danno l'ingreſſo nella Germania, e dall'altra nella Val-Tellina; poichè nelle coſe, alle quali ha da rivolgerſi la cura del Paſtore, che viſita, poſſiamo dire averci il Signor Iddio ſomminiſtrati frequenti motivi di non ordinaria compiacenza. Si ſono preſentate di prima entrata agli occhj Noſtri Chieſe aſſai belle, e per lo più di nuova ſtruttura, e dovizioſamente fornite di ſagre ſuppellettili*

anche nelle Terre più misere, e nelle parti più alpestri della Valle. Vi abbiamo riconosciuta la prontezza nell' amministrazione de' Sagramenti, ed in ogni altra occorrenza spirituale, che conviene al bisogno d'una numerosa, e sovente rozza popolazione, tantoche discendendo Noi stessi a frangere il pane a' miseri contadinelli, ci siamo chiariti di esser essi assai bene istruiti negli articoli della santa Fede. I costumi degli Ecclesiastici gli abbiamo ravvisati universalmente esemplari, ed in specie quelli de' Parochi, nella condotta de' quali essendoci Noi con tutto il possibile studio internati, abbiamo rilevate autentiche prove della loro zelante vigilanza. Ci è poi riuscito di particolare godimento il rinvenire, che i molti Parochi sino al giorno d'oggi da Noi eletti in cotesta Valle adempiono tutti esattamente il loro dovere, cosicchè la cura di far buone scelte, che ci prendiamo, per Divina Misericordia non rimane infruttuosa. Un solo fra essi (vogliamo pur dirlo a confusione sua, e ad esempio degli altri) ha meritato il Nostro risentimento, e già eravamo disposti a procedere risolutamente contro il medesimo con quei rimedj, che ci somministrano le Leggi Ecclesiastiche, se non gli avessero trattenuti le testimonianze, che ci ha date, d'un sincero ravvedimento, quale staremo attendendo prima di fare alcun passo. Non abbiamo per altro quel rossore, che corrisponder dovrebbe al Nostro dis-

Digitized by Google

piacere, ch' egli sia fra i Parochi da Noi eletti, mentreche ritrovatosi solo nell' esame del Concorso, si rese indipendente dal Nostro arbitrio la provvista. Tale e tanta consolazione Nostra nel riconoscere lo spirituale di cotesta Valle in così buono stato, la dobbiamo in gran parte alla spedizione dei Missionarj, che preventivamente vi abbiamo fatta, impiegando a tal fine l' opera di due santissimi, e zelantissimi Istituti, che ci hanno fatto trovare in ogni luogo, ove siamo passati con la visita, frutti abbondanti de' loro Apostolici sudori. L' istessa consolazione ci ha rese non solo meno difficili, ma soavi le fatiche della visita, nelle quali ognuno di voi ha avuto motivo di ringraziare il Signor Iddio, che ci abbia data lena di non risparmiarci in conto alcuno con tutta la difficoltà de' viaggi fatti sempre a cavallo, e per istrade grandemente malagevoli, e non di rado pericolose. Il solo numero dei Cresimati, che secondo la nota dataci dal Nostro Maestro di Cerimonie ascende a ventisette mila, fa conoscere, che ci siamo tenuti sempre pronti alle ricerche di cotesti popoli, che calando anche da parti assai rimote si presentavano al loro Pastore con indicibile fede, e divozione, dalla moltitudine de' quali vedendoci alle volte stranamente affollati, pure non ci dava cuore di lasciarli partire scontenti, e replicavamo tacitamente fra di Noi le parole del Divino amorosissimo Pastore:

Mi-

„Misereor super turbam, quia sustinent me;
„quidam enim ex eis de longe venerunt„:
Il compimento poi delle Nostre soddisfazioni è stata la visita del nuovo Monistero delle Salesiane di Darso. Il pensiere di simil fondazione ha avuto luogo sotto diversi Nostri Precessori, *ma attraversata sempre da gagliarde difficoltà, il Cielo ha riservata quest' opera al Nostro tempo, e (possiamo anche dirlo) al Nostro coraggio. Eravamo già pieni di particolare divozione verso il santo Istituto della Visitazione sino da vent' anni fà, cioè quando ritornando in Italia nel* 1713. *da' viaggi di là da' monti ci fermammo le Feste Natalizie in Annesy, ove quel degnissimo, ed esemplarissimo Vescovo, avendoci voluti con indicibile cortesia suoi ospiti, ci descrisse in più discorsi la virtù esimia delle Religiose ivi istituite da S. Francesco di Sales, bramò, che ne fossimo testimonj Noi stessi, facendoci conferire con la Superiora, ed altre Madri, e ci diede la consolazione di porgere loro con le Nostre mani il* Pane *Eucaristico la notte istessa del santo Natale secondo la pratica del loro Istituto. Tale affettuosa divozione ci crediamo in debito di manifestare oggidì verso la nuova fondazione Nostra figlia con qualche paterna dimostrazione, e però il Signor Iddio ci ha posto in cuore di consagrare alla medesima l'annuo provento, che ricaviamo dalla Val-Camonica in conseguenza del*

del titolo di Duca, che apporta a' Vescovi di Brescia. Abbiamo memoria d'aver letto, che S. Francesco di Sales niente dolendosi d'aver perdute le pinguissime rendite del Principato di Genevra, si dichiarava, che assai più di esse gli sarebbe stato caro avere in quella Città una picciola Cappella, che gli dasse modo di riacquistare qualche anima smarrita; così ha da premere assai più ad un Vescovo di Brescia l'aprire in Val-Camonica nel nuovo Monistero di Darfo un porto di salute alle figlie di detto Santo, alle spose di Gesù Cristo, che il ritrarre da quella parte la tenue rendita, che non ascende a trecento Ducati. Questi dunque vengono da Noi offerti oggidì in benefizio di detta fondazione. Vogliamo sperare, che le buone Serve di Dio, le quali hanno già benedetta la Nostra Visita per i buoni effetti, che ha partoriti, e fra gli altri, d'essersi subito due dell' Educande, ambe d'età capace per monacarsi, angiole di costumi, dichiarate del loro sentimento, e vocazione in detto Monistero, molto più la benediranno per l'offerta predetta, che le facciamo. Vogliamo sperare che la benedirà la Val-Camonica tutta, alla quale possiamo rivolgerci con le parole di Neemia riferite nel cap. 5. del lib. 2. d'Esdra: „Annonas, quæ Ducibus debebantur, non comedimus, annonas Ducatus mei non quæsivi.

CA-

CAPUT V.

De causa Romam adeundi desinente Octobri an. MDCCXXXII. *moraque in ea Urbe tracta usque ad Majum an.* MDCCXXXIV. *de curis eo temporis intervallo susceptis seu politicis jussu Veneti Senatus, seu architectonicis ad nobilitandam Aream Palatii S. Marci, ornandasque insuper sacras Ædes S. Marci, & S. Gregorii; ac demum literariis in edendis Operibus S. Ephræm Syri, ditandaque Vaticana Bibliotheca.*

DUm toto animo incumberem in Pastoralia ea munia obeunda, quorum in superiori capite facta est mentio, gauderemque quam maxime, curam illam meam tanti a Pontifice fieri, ut nulla ratione urgendum iste putaret adventum meum ad Almam Urbem pro implendo Bibliothecarii Apostolici officio, repente avocavit me ab iisdem muniis, Brixiaque Romam deduxit Patriæ meæ authoritas. Unde id evenerit, explicabunt binæ hujusce literæ, quas statim affero, ceu luculentum testimonium Venetæ haud minus sapientiæ, & mansuetudinis in rebus ad concordiam adducendis, quam observantiæ erga Romanum Pontificem, dum etiam inter istum, & Rempubl. abalienati animi indicia sese proderent, necessitate ita cogente. Primæ earum literarum ita se habent,

Il-

Illustrissime, & Reverendissime in Christo Pater. Dovutasi, non ostante tutti i studj naturali alla riverenza del Senato verso la Santa Sede, interrompere la corrispondenza con quella Corte, trova opportuno di eccitar il Zelo di V.S. Illma e Rma, di rendersi a quella parte. Il Senato è ben sicuro, che Ella incontrando questo publico piacere lo esequirà quanto più presto per dar prove della filial sua affezione verso la Patria, dandosene poi parte del dilei arrivo, e le riconfermiamo intanto anche in questa occasione quella sincera stima, che è ben dovuta alla sua accreditata, e qualificata Persona. Datæ in nostro Ducali Palatio die XI. Octobris Indictione XI. MDCCXXXII. Regiis hisce Patriæ meæ mandatis quum statim parendo Romanum iter aggressus fuissem, ac confecissem etiam intra mensem Octobrem, in ea Urbe me convenerunt literæ alteræ ejusdem Senatus, hisce verbis exaratæ: *Argomento ben vivo del filial appassionato Zelo, che V. S. Illma, e Rma dimostra verso le premure del Senato, è la sollecitudine benemerita rilevata in sue lettere 13., e 20. del scaduto, con cui adrizzò il suo viaggio per Roma, dove con quelle dei 25. pur dello stesso mese la intendemo felicemente giunta, dopo di aver proveduto con particolar Zelo, & estraordinarie fatiche alla consolazione, e bisogni spirituali dell' estesa sua Diocesi. Noto già a V.S. Illma, e Rma l' atro-*

ce caso accaduto li 12. Giugno scaduto, non può, che esserle stessamente noti i studj tutti efficaci, e le moderate direzioni tenute dal Senato per non trascurar quei mezzi, & espedienti, che portassero ad un componimento, quale si conviene al decoro, & alla publica dignità. Abbracciata anche prontamente a questo effetto la mediazione, che ci fù offerita dal Rè Christianissimo col mezzo di cotesto Ambasciatore suo Duca di Sant' Agnan, con l' unico oggetto di toglierci dalla necessità d' interrompere la corrispondenza con cotesta Corte, troviamo anzi, che reso il Pontefice sempre più inflessibile a tutte le insinuazioni fattegli per corrispondere di pari passo alla publica docilità, e tolleranza usate in prova sempre maggiore di quella venerazione, che si professa alla Santa Sede, ed alla rispettabile Persona di Sua Santità, rigettò quelle aperture, che potevano facilitare il componimento suddetto. Per questo dopo tante remore si è trovato da Noi indispensabile di far seguire, benchè mal volontieri, la partenza dell' Ambasciador Nostro Kav. Canal, e di far saper relativamente sotto li 11. del scaduto a questo Monsignor Nuncio di partire da questa Città, e Stato Nostro con la sua Famiglia, e Ministri, il che non essendo fin' ora per anco successo, se gli è replicata questa Publica volontà con Nostro Ufficio deliberato in questa sera. In tale situazione di cose ci giunge da Parigi quanto la dilei

vir-

virtù, e prudenza rileverà dalla copia dei due anneſſi capitoli di lettere di quell' Ambaſciadore Mocenigo, l'uno, che riguarda l'ordine dato dal Pontefice a quel ſuo Nuncio ſopra il renderſi Publico dell' Ambaſciador Duca di Sant Agnan, l'altro, che riguarda la commiſſione a queſto data dal Rè ſuo Padrone di parlar al Pontefice ſopra le correnti Vertenze nella figura, e maniera, che più diffuſamente le riſulterà dalle copie ſuddette &c. die VI. Novemb. MDCCXXXII.

Itaque ut Civium meorum voluntati ſatisfacerem, nihil eorum omiſi, quæ idonea fore arbitrarer bono illi procurando, cujus cauſa laborioſam utique provinciam iidem mihi impoſuerant, at maximopere honeſtam, quum conatibus meis propoſita foret amicitiæ inter Patriam meam, & Romanam Curiam redintegratio. Parem diligentiam adhibui in binis aliis negotiis pertractandis, Patriæ quoque meæ juſſu, & iis magnopere arduis, & gravibus, quæ paulo poſt ſupervenerunt, ob captam ſcilicet deliberationem a Pontifice Bononienſis Rheni aquas in Padum immittendi, atque ob molimina intentata ab Aula Vienneſi adverſus jura Aquilejenſis Patriarchatus. Jam novi, nefas mihi fore ſeriem rerum a me pro felici eorum omnium negotiorum exitu geſtarum propalare; at nemo erit qui diffiteatur haud dedecere, ſi publice etiam profitear magnam me

me voluptatem cepisse ex fausto gestionum mearum illarum successu, ex amicitia scilicet instaurata inter Romanum, Venetumque Principatum, ex Rheni, & Padi disjunctione, quæ in pristino statu permansit, ex cohibitis conatibus Aquilejensis Patriarchæ potestati infestis. Æque mihi licebit compertum cuivis hoc loco facere, benignissimis ultra quam dici a me possit sensibus Cives meos singula a me Romæ administrata per annum, & dimidium probare consuevisse. Atque ad sensus illos testandos, si cætera documenta deessent, satis foret literarum, quas ad me scripserunt die 28. Febr. 1733. initium, quod ita se habet, *Sono tanto benemerite, e così grate al Senato le direzioni di V. S. Illma e Rma a cotesta parte, e tali gli affari rispetto le cose nostre, che ben da se stessi fanno comparire, quanto importi, e prema la sua permanenza costì, e quanto utile riesca il di lei zelo nel sostenerle con quella piena laude che sempre più riporta per tanti saggi di virtù e di prudenza.* In prolixa autem ista erga me voluntate constanter hæsisse eosdem Cives meos usque ad depositam a me provinciam, fidem faciunt eorundem literæ eo tempore datæ, quo sequutus fuerat Veneti Oratoris, Jo. Equitis Mocenici, ad Almam Urbem accessus, *Non ostante qualche accidentale ritardo all' arrivo dell' Ambasciador Nostro già seguito in Roma, compa-*

risce

risce ad ogni modo nelle accette lettere di V. S. Illma e Rma 22. del cadente la di lei attenzione di seco prontamente vedersi, quale viene da Noi distintamente gradita. Sollecita Ella egualmente nelle comunicazioni opportune, intendemo le frequenti sessioni seco tenute sopra il Sistema di cotesta Corte, sopra le direzioni del Pontificato, *e sopra li* Pubblici *affari dal di lei vivo zelo maneggiati, avendo prefisso di proseguirle, cosicchè l'Ambasciadore medesimo si trovasse fornito di ogni lume necessario, e particolarmente nelle materie del Reno, e di Aquileja così ben situate, mediante la di lei virtù, ed'accreditato talento, &c. Venendo Ella a chiudere l'importanti incombenze sostenute con tanta saviezza e fervore per il servizio della* Patria, *mentre era vicino per restituirsi alla sua Diocesi per far risplender in essa gli esempj della sua pietà, rinoviamo noi le assicuranze della* Pubblica *riconoscenza per li vantaggi riportati nel lungo corso del suo benemerito esercizio, e quelle di commendazione, e di applauso, ch'Ella si è conciliata &c.* 29. *Maii MDCCXXXIV.* Satis sit hæc breviter recitasse ad commendandam benevolentiam Patriæ erga filium suum. Operæ tamen pretium puto fusiores alias literas proferre, unde commendetur Senatus Veneti prudentia, ac moderatio, quandoquidem ipse cum Romana Curia concordiam reparavit statim ac id fieri posse novit, habita, quam haberi ab eodem

dem omnino decebat, dignitatis suæ ratione, postquam scilicet ex literis meis certior factus fuisset, eos vere esse Clementis XII. sensus, quos rei, ob quam exorta fuerat dissensio, natura, & æquitas postulabant. Literæ illæ hujusmodi sunt, *Ottenuta da V.S. Illma, e Rma l'Audienza dal Pontefice, relativamente alle Ducali Nostre 14. del corrente, intendemo dalle accette sue lettere delli 21. da lei espressi al Santo Padre li precisi termini delle Ducali suddette, che anzi le teneva nelle sue mani, e dalle quali si dimostrò la Santità Sua desideroso di udire la lettura. Fu proprio però il compiacerlo, ed ha potuto Ella maggiormente comprobare coi* Pubblici *stessi sentimenti la gratitudine Nostra verso le dichiarazioni del Pontefice per di lui incarico da lei riferiteci, e l'attenzione Nostra particolare nell'appagare i suoi desiderj del ritorno del Nunzio in Venezia, per rimarcarle la filiale venerazione verso la Santa Sede, ed il distinto rispetto verso la stimatissima* Per*sona di Sua Santità, ch'è appunto il contenuto delle Ducali medesime. Con molto piacere rileviamo, che ciò udito dal S. Padre avesse reso sensibile il di Lui gradimento, e tenerezza paterna con atti, e parole proseguendo a spiegare la consolazione sua per una cosa tanto da esso sospirata, e nelle altre dichiarazioni ch'Ella ci va aggiungendo principalmente della riconosciuta utilità dell' union de' consiglj nelle presenti*

 gravi

gravi congionture &c. 28.*Nov.MDCCXXXIII.*

Voluptas, qua affectus fui ob faustum negotii illius exitum, haud mediocre incrementum sumsit ex fide mihi data a Cardinali Firrao a Secretis Status, Nuncium Stampam Venetias reducem, ut primo regio Principis conspectui se sisteret, ea verba facturum, quibus affatim contenta foret Resp. Hæc enim Cardinalis ille ad me scripsit 5. Dec. 1733. *Rassegna il suo ossequiosissimo rispetto all' Eminentissimo Sig. Card. Querini il Card. Firrao, & in adempimento de' suoi pregiatissimi comandi si da l' onore di dirgli, che secondo le ultime notizie che si sono avute da Monsig. Nunzio Stampa, si tiene per certo che detto Prelato sarà dentro la settimana corrente in Venezia, e che nella di lui prima comparsa nell' Eccellentissimo Collegio si conterrà di maniera nell' esposizione che la Serenissima Rep. abbia a rimanere appieno contenta dell' espressioni, e termini, delle quali si valerà esso Monsig. Nunzio &c.* Hanc ipsam pollicitationem gratam valde habuit Resp. ut suis literis scriptis 19. Dec. mihi in hunc modum testata est, *Quanto fu a V. S. Illma, e Rma espresso dal Card. Segretario di Stato e per li termini, ne' quali per l' istanza di Monsignor Stampa da Noi secondata si sarebbe contenuto nella sua prima esposizione, e per l' asseveranze dategli, che saranno quali ce le promettemo consonanti gli effetti dall' animo grato*

di

di S. Santità, tutto ci risulta con distinto compiacimento nelle accette sue lettere 12. *del corrente &c.*

Vix credi potest quam ingentem lætitiam ceperit Romana Curia universa ex compositis inter Summum Pontificem, & Senatum Venetum controversiis. Servantur adhuc inter Schedas meas Purpuratorum Patrum literæ quamplures copiosissimis gratulationibus refertæ; paribusque me decorarunt Cives mei. Harum autem omnium loco ad exhilarandos, post seria argumenta hucusque in hoc Capite comprehensa, Lectorum animos, afferam initium Epistolæ hexametris versibus ab Josepho Rocco Vulpio e Societate Jesu compositæ, primamque sedem obtinentis inter Epistolas Tiburtinas ejusdem an. 1743. in lucem editas. Ab illis ipsis argumentis Carmen suum exorditur eximius Poeta, hoc pacto,

Cum tot sustineas distenta negotia curis,
Et Venetas simul, & Romanas solus in Urbe
Res consignaris nuper, ne scissa Senatus
Pectora cum Patre Pontificum, ac disjecta manerent,
Sed quæ dissiluit quondam male sarta, coiret
Gratia quo rursum, non ullis dissoluenda
Temporibus dubiis, longum mansura per ævum,
Te nunc, Veronæ quæ fertur Brixia mater
Detineat sacris noctuque, diuque vacantem
In grege tam vasto lustrando; nonne verebor
Publicus esse reus, si in publica commoda peccem,
Et mea Te terris furetur Epistola, Princeps &c.

Etsi per sesquiannum sustinenda mihi Romæ fuerint tot, tantisque (ut Vulpii Poeta verba usurpem) *distenta negotia curis, Ut Venetas simul, & Romanas solus in Urbe Res consignarem*; attamen opportunum etiam tempus sum nactus pluribus aliis occupationibus vacandi, quas breviter describam. Primis Romani mei illius domicilii mensibus conandum mihi putavi, ut facultatem a Patria impetrarem hujus non authoritate tantum, sed ære etiam, reparandi rudes, & squallentes parietes magnifici Atrii, cui imminet in Regio Palatio Sancti Marci habitatio Venetis Cardinalibus, sacræ Ædis ejusdem Sancti Titularibus, assignata, qua scilicet ipse in præsens quoque fruor. Votis meis benigne indulgens Senatus permisit, ut in eos sumptus impendere possem sex illos mille nummos, *Ducatos* dicimus, quos mihi Patria ad Cardinalatum evecto mutuos de more dederat. Itaque haud mediocrem curam cepi, ut Atrii illius ornatus Palatii ejusdem magnificentiæ responderet. Re autem jam perfecta, in fronte ejusdem Atrii Epigraphen illam apposui, *Areæ hujus parietes vetustatis injuria rudes, ac squallentes Ang. Mar. Tit. S. Marci Cardin. Quirinus, Serenissimæ Reip. authoritate, & ære, reparavit, ornavitque An. Chr. MDCCXXXIII*. Annuit pariter Resp. ut in loco insigniori ejusdem Atrii locaretur Statua marmorea S. Petri

tri Urseoli, hacque Inscriptione ejus basis ornaretur, *Sancto Petro Urseolo, Inclyto primum Venetiarum Duci, deinde Benedictino inter Cuxanenses Monacho, post confirmatam Apostolicæ Sedis suffragio, quin Urbi, & Orbi propositam, quam Beato Viro virtutibus, & miraculis claro rite ætas prisca detulerat venerationem, Statuam hanc Resp. Veneta an. Dom. MDCCXXXIV. in Ædium suarum conspectu ponendam curavit, Ut in Principis simulacro omnium oculis pateat cœlitus datum Reip. perpetuitati præsidium.* Constructionum, & Ornamentorum, quibus Atrium illud nobilitatum fuit, imaginem exhibui in magna tabula ære incisa, hancque Veneti Principis augusto nomini inscripsi, dum adhuc Romæ degerem die 25. Aprilis an. MDCCXXXIV. Et tabulam istam, & genus omne earundem constructionum se benigne probasse Veneta Resp. totidem mihi literis testata est, quot illæ fuerunt, quibus eidem singula quælibet in eo opere perfecta nunciavi.

Dum autem Atrium, de quo loquutus sum, valde utique gauderem redactum fuisse, Rep. sumptus munifice contribuente, e squallore ad nitorem, valde etiam decere intellexi, ut animum appellerem ad sacram Ædem Divi Marci, vetustatis undique injurias, haud minus quam Atrium illud, præferentem, ære meo exornandam. Aggressus itaque sum absque

que mora ejus Ædis Presbyterii Sedilia construere, veteribus fatiscentibus, picturasque vermiculatas in fornice restituere. Hujusce operis cito a me perfecti memoria ut perpetuo vigeret, marmoreum monumentum ad eum finem in Ecclesiæ ipsius porticu collocari benevole curarunt Capitulum, & Canonici S. Marci, addita præterea in eodem marmore mentione peristromatum holosericorum, quibus parietes ejusdem Ecclesiæ honestare decreveram. Hoc tamen propositum meum effectu caruit, quod, loco eorundem peristromatum, marmoreo versicolore cultu columnas, quotquot in ea Æde adsunt, jam vestierim, qua de re suo loco dicam. Pro coronide vero confectorum in Presbyterio S. Marci operum adjeci ejusdem fronti Pauli II. Veneti Pont. Max. Sacræ illius Ædis ante quadringentos circiter annos instauratoris Numisma ex cupro deaurato, hac apposita Inscriptione, *Choro Sedibus jam instructo, Tholique picturis refectis, Ang. Mar. Tit. S. Marci Cardin. Quirinus Operi coronidem Numisma hoc posuit.*

Accidit vero, ut exornando Divi Marci Templo intentus, una simul cogitationem converterem ad benemerendum de Templo S. Gregorii, quod situm reperitur in Monte Cœlio. Construi jam Romæ curaveram Aram Majorem Brixiæ in nova Cathedrali Æde locandam, stabatque illa omnium quotquot

quot me convenirent oculis expoſita in ampla habitationis meæ aula, paſſimque eorundem judicio commendabatur & operis elegantia, & veterum marmorum ad illud conficiendum adhibitorum raritas. Moli autem illi diſſolvendæ, fruſtiſque ejuſdem intra immanes complures capſas reponendis, quo navi impoſitæ Venetias commode adveherentur, quum jam jam manus admoturi eſſent marmorarii, lignariique artifices, factum repente eſt, ut animo intentius quam antea recolens Brixiani mei Templi magnificentiam, præ iſta deſpicere quodammodo cœperim molem eandem, etſi Romanorum ore tamdiu ipſam celebrari propriis meis auribus intellexiſſem. Orbiculatio etiam, quam illa in ſuperiori frontis ſuæ parte præferebat, quæque eidem ſingularem concinnitatem adjungere aliorum ſententia cenſebatur, mihi contra odioſa aliquantulum evaſit, quod elegantia hujuſmodi dedecere videretur auguſtæ Cathedralis majeſtatem, adhibita præſertim ad Aram Pontificalibus officiis cum magna adſtantium Miniſtrorum copia peragendis deſtinatam. Quare brevi evenit, ut Altaris illius convaſandi cogitatione depoſita, præſtare exiſtimaverim, ſi ipſum Romanæ alicui Baſilicæ dono a me traderetur, novumque multo magnificentius Brixiam aſportandum meis ſub oculis compingi curarem. Cur autem inter Romanas Ec-

clesias, quas munere illo augere possem, occurrerit mihi in primis S. Gregorii illa, quam dixi, in causa fuit familiaritas, quam jamdiu cum Cardinali Zondodario retinebam, ab utriusque scilicet nostrûm in civitate Avenionensi domicilio. Hic enim, quod architectonice valde delectaretur, multa a me passim percontabatur de Brixiani Templi constructione, & multa etiam mihi narrabat de capto a se proposito multifariam exornandi Templum S. Gregorii, quod Protector foret Camaldulensis Ordinis, Templi ejusdem servitio addicti. Hæ ergo Zondodarii narrationes me extimularunt ad Altare, de quo agitur, Templo illi offerendum, nam iisdem intentus cogitabam liberalitatem hujusmodi haud parum decere ejus ipsius Ordinis Abbati, cujusmodi titulo ex Vangadiciensis Abbatiæ Commenda ego gaudebam.

Gratissimam habuit liberalitatem meam idem Cardinalis, & cum ipso Conventus omnis Monachorum, statutumque paulo post loco suo fuit, in principe nimirum Ædis S. Gregorii parte, Altare illud. At nondum Zondodarius in eadem Æde moliri quidpiam inceperat; ita enim erat ille a natura comparatus, ut multa secum putaret, hæsitaret, fluctuaret, antequam re perficeret, quæ cogitasset. Memini, quod hujuscemodi dubietatum, & cunctationum, dum ageretur de illo

illo Altari sua in sede locando, tædio ego aliquando affectus, istud aperire non dubitaverim in colloquendo cum Clemente XII. huncque compertum admodum habentem Zondodarii ingenium, animum scilicet ejus incertum, ita mihi lepide respondisse, *Vorrebbe lei dunque che gli Uomini mutassero natura, arrivati che sono agli anni settanta; or questo non succede*. Quemadmodum Ara, ita postea Imagine celebri penicillo Veneti Pictoris Balestra delineata, pavimento marmoreo tessellati operis, aliisque ornamentis integrum S. Gregorii Sacellum instruxi. Id ipsum palam faciunt binæ Inscriptiones ibidem appositæ, nigroque marmore cælatæ. Ad Cornu Evangelii ita legitur, *S. Andreæ Apostolo quod solemni ejus die trigesima Novembris anni MDCCXXIII. in Basilica S. Marci Episcopalem Unctionem receperit Angelus Maria Cardin. Quirinus Antistes primum Corcyrensis, deinde Brixiensis, venerationis argumentum tantis auspiciis debitum exhibiturus Princeps hoc sacellum Templi eidem dicati Ara, Imagine, Pavimento, aliisque ornamentis instruxit anno MDCCXXXIV.* A cornu vero Epistolæ hæc visitur Inscriptio, *S. Gregorio Magno, quem hujus Templi Ædes Patronum alterum, antea conditorem, Monachum, & Abbatem venerantur, æque ac Andreæ Apostolo devoti cultus obsequium præstaturus Angelus Maria Tit. S. Mar-*

Marci Cardin. Quirinus S. R. E. Bibliothecarius Sacellum hoc ornavit, quo grati pariter animi erga ædium incolas Camaldulenses Monachos ob Vangadiciæ Abbatiam, quam in eo Ordine obtinet, statueret monumentum Anno MDCCXXXIV.

Venio tandem ad curas literarias, quibus quoque opportune me dedens, partem aliquam demere studui de solido sesquianno, quo Romæ sum commoratus. Præsertim vero otii mei haud parum impertitus sum curandæ Editioni Operum S. Ephræmi. Horum primum Tomum ut Pontifici offerre possem, dum Romæ manerem, effecit egregia diligentia Josephi Simonii Asemani, quam ipsis ejusdem verbis declarabo. Inscripsit ille mihi unam, & alteram Tomi illius Præfationem, ac in prima ita ad me loquitur, *Hoc sane opus si Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Carolus Majellus, Archiepiscopus Emissenus, Pontificiarum ad Principes viros literarum a secretis, Bibliothecæ nostræ Custos primarius, tractandum suscepisset, numeris omnibus absolutum prodiisset. Verum graviora Sedis Apostolicæ negotia doctissimum virum studiis hujuscemodi vacare non sinunt. Id itaque a Te onus, Princeps Eminentissime, majus quidem quam humeri ferre possunt, mihi imponi visum est; eo, ut arbitror, consilio, quod Syrum Doctorem a Syro homine, si non pro dignitate, saltem cum toto animi studio viriumque conatu accipiendum esse existi-*

stimasti: qui ex assidua laudati clarissimi Præsulis consuetudine atque contubernio, quibus me frui multis jam annis humanissime concessit, tum in hoc, cum in aliis literariis studiis me summopere profecisse testatum facio. Alteram vero in hunc modum exorditur, *In superiori ad Te Præfatione, Eminentissime, ac Reverendissime Cardinalis, quid in Operum Sancti Ephram Syri Editione sit præstitum, paucis exposui. Restat, ut eorum, quæ primo huic Græcorum Tractatuum ejusdem Sancti Doctoris Tomo præmittenda duxi, causam rationemque Tibi aperiam. Etsi enim nobilissima Brixiensis Ecclesia, quam Episcopus administras, Te a Bibliotheca Vaticana absentem, & corpore avulsum tenet, animo tamen ac voluntate sic rebus nostris ades, Teque adesse missis per singulas hebdomadas humanissimis literis significas, ut nihil Tibi æque gratum accidere posse merito existimemus, quam quum aliquid de ipsius Bibliothecæ negotiis scribimus.* Hæc Assemanus in binis illis Præfationibus. Subdit deinde post easdem, quæ accuratissime more suo contexuit, Prolegomena. Ego vero, ut aliqua delibem ex Nuncupatoria Epistola eidem Tomo præfixa, ita ibidem Pontificem sum initio alloquutus, *Quam Sanctitas Vestra, dum me Romanæ Sedis Bibliothecarii munere auxit, expectationem mei sibi fecisse fassa est Apostolicis literis ad me datis*

die

die XXVI. Maii anni proxime elapsi, ut nimirum ex Præfectura, operaque mea sacrorum studiorum utilitas, ac Vaticanæ Bibliothecæ ornamentum proficiscerentur, eam, inquam, expectationem sustinere ac tueri, quoad virium mearum imbecillitas patiatur, nisi diligentissime curarem, nemo prorsus esset, qui me gravi piaculo absolveret. Itaque mora haud ulla interposita in animum induxi, doctis illis viris, quos Lycæum Vaticanum complectitur, novas aliquas veterum Ecclesiæ Patrum Editiones proponere, quas collatis operis luculentas, atque ad Vaticanos Codices emendatissimas adornarent. Occurrit præ ceteris Sanctus Ephram Syrus. Addidi postea, *Editioni autem huic aggrediendæ, præter Apostolici Bibliothecarii munus, quod gero, haud levem stimulum adjunxit titulus Sancti Marci, unde Cardinalatus meus ornatur: Siquidem id agens æmulari mihi videor egregium studium, quo erga tanti Patris Opera flagrasse præclarissimum civem meum, Cardinalem itidem Sancti Marci, Augustinum Valerium, veteres nonnullæ Sancti Ephræn Editiones eidem inscriptæ testantur. Addam præterea, Episcopo etiam Brixiensi Editionis hujus curam satis apte congruere, cum Brixiensium typorum laus fuerit, quod, si non omnium primi, ut quidam autumarunt, saltem inter primos, Opera Sancti Ephræm evulgasse comperiantur.*

Quo ipso tempore Vaticana Bibliotheca præ-

præclarum hunc fœtum in dias luminis auras effudit, suo illa insuper jam sinu laxata per novæ Aulæ, quam Pontifex construi imperaverat, accessionem, hancque armariis, pluteisque exquisito cultu fabrefactis instructam, paratam sese exhibuit excipiendis libris, quos eidem dono dederam, quosque absque mora sibi tradi postulabant armaria ipsa, quippe quæ gentilitium meum stemma valde nitido cælamine impressum præferrent. Itaque haud cunctatus ego pollicitam donationem re ipsa adimplere, inferri jussi in ea armaria supellectilem omnem librariam, quam penes me in Ædibus S. Marci retinebam. Ad perenne autem facti hujusce monumentum Epigraphem istam a Carolo Majella, Bibliothecæ ejusdem primo Custode, compositam, marmorea tabula incidi, & in fronte Aulæ illius collocari idem Pontifex mandavit,

CLEMENS XII. P. M. CORSINUS
Excipiendis, & adservandis impressis Codicibus
Tam Pontificia liberalitate comparatis
Quam ab Angelo Maria Quirino
S. R. E. Cardinali Bibliothecario
Dono datis
Insigni Aulæ hujus accessione
Vaticanæ Bibliothecæ spatia laxavit
Armaria pluteosque construxit
An. Dom. MDCCXXXII.

Plausisse quoque comperio meo huicce dono

no Vulpium Poetam, nam claudens Epistolam suam, de qua supra ita cecinit,

Romuleæ factus vix Præses Bibliothecæ
Pontificum, thesauro illam prædivite adauges
Librorum, comites Tecum quos Itala vidit
Non tantum terra assiduos, sed Gallia quondam
Ipsa, sed æquoreis a fluctibus undique cincta
Corcyra, ex undis quos ereptosque procellis,
Tam Tibi dilectos, quam pignora chara parenti.

At eam ipsam Epistolam antequam ego claudam, elabi scilicet sinam e manibus librum, quo illa continetur, placet inde afferre doctorum virorum censum inibi recitatum, familiarium tam Vulpio, quam mihi, & quorum consuetudo haud parum inserviit oblectando domicilio meo Romano, de quo unice in hoc Capite. Tibure degebat Poeta, dum omnia carmina eo libro comprehensa modulatus est, censumque proinde, quem dixi, eorum Virorum in ea Epistola affert quotquot secum seu rusticarentur, seu rusticari ipse peroptaret. Hæc igitur habet,

.. Romana nimis pergat ni urgere palæstra,
Nobiscum pariter Burgundus Horatius esset,
Eximie qui Te colit, & quem docta Mathesis
Ornat ita, astrorum occasus ut norit, & ortus
Tanquam ungues, digitosque suos. Libanoque relicto
Hic Syrus o utinam! mecum Benedictus adesset,
Quem Tibi Linguarum studium, & doctrina Sacrorum
A teneris fere unguiculis fecere sodalem,
Adforet & custos locupletis Bibliothecæ,

In

In qua te solitum memini consumere soles
Immersum libris, veterum & pallescere chartis.
Ut tua nunc, Princeps, loqueremur gesta vicissim,
Interius Te nosse datum quibus est; tamen absint
Hi licet, absentum numerum cum fœnore reddunt
Dilecti Placidus Tibi, Baldinusque clientes,
Pars gregis hic memoranda Tui, Pastor Gregis ille
Tiburtis, cum Revillio, Besozzius atque,
Docti ambo, sacri ductores agminis ambo &c.

Quam persensisse Romæ me dixi ex horum hominum consuetudine voluptatem refricavit nunc mihi quodammodo recitatus eorundem census, etsi dolorem una simul refricaverit qui jam evenit ipsorum fere omnium obitus, tribus scilicet tantum exceptis, videlicet Besozzio, qui Romanam Purpuram in præsens exornat, Baldino, qui nuperrime Brixiæ me convenit, dum Præpositi Generalis Congregationis suæ Clericorum de Somascha officio fungens, eorumque Collegia perlustrans huc pertransiret, ac demum Pezzancherus Tiburtinus Episcopus, cujus erga me benevolentiæ quantum debeam, Commentariorum istorum Tomo altero p. 213. declaravi; in cujus tamen Indice hallucinari mihi contigit Cœlestini nomen ei imponendo, quum Placidus nuncupari, ut eum recte nuncupat Vulpius, debuisset.

CAPUT VI.

De reditu ad urbem Brixiam mense Junio anno MDCCXXXIV. *operaque ibidem navata per sesquiannum bono Cleri curando, præsertim jussa nova impressione libri, cui titulus,* La bilancia del Chericato, *instruendo Presbyterio Ædis Cathedralis ornamentis Roma majori ex parte devectis, recudendis Corcyræ Primordiis, iisque magna animadversionum accessione adauctis.*

ABdicata, quam tamdiu Romæ gesseram, provincia, Brixiam mense Junio an. 1734. remigravi, vacuusque prorsus a politicis curis totum impendere me valui sacris, & literariis, quas statim persequi incipio. Primarum potissima profecto illa est, qua Clericali militia initiati de officiis eidem adjunctis adamussim, & plene edoceantur. Quoniam ergo, dum Beneventi degerem innotuerat mihi libellus, cui titulus, *Bilancia del Chericato,* ibidem impressus jussu Cardinalis Ursini, illumque deprehenderam Clericorum institutioni admodum opportunum, de eo ipso, Brixiæ recudendo subiit me cogitatio. Mandavi itaque, ut cito nova ejus impressio per Episcopalem Typographum perficeretur ad Brixianorum Clericorum usum, & cujusmodi iste futurus foret, paulo post declaravi encyclica Epistola ad Parochos omnes transmit-

mittenda, quam hic subijcio, *Il regalo, che vi facciamo, o Dilettissimi, con la ristampa del piccolo libro, che ha per titolo* Bilancia del Chericato, *per farvi tosto comprendere quanto sia prezioso, basterà il dirvi, essere quell' istess' opera, che la santa mem. di Benedetto XIII. santissimo e zelantissimo Pontefice fece uscire alla luce in benefizio del suo Clero di Benevento con la penna di un pio, e dotto Canonico di quell' insigne Metropolitana; e veramente prezioso lo riconoscerete voi stessi con averlo frequentemente alle mani, facendolo soggetto delle vostre lezioni, e meditazioni. Nell' accompagnarvelo con le presenti, venghiamo nello stesso tempo a notificarvi, non essere altrimenti Nostra intenzione, che l'uso di tal dono sia unicamente per quelli, che si accingono alla sagra Ordinazione, e molto meno nel solo tempo de' spirituali Esercizi, che la precedono. Intendiamo anzi, dover servire per tutti gli ascritti alla milizia Chericale, e specialmente per voi, o Curati, nell' elezione de' quali, siccome viene da Noi impiegata quella singolar diligenza, che ricerca un negozio di tanta importanza; così a renderci sempre più sicuri del vantaggio, che da detta diligenza attendiamo, sarà mezzo valevolissimo il rendere a voi stessi familiare quell' ascetico manuale. Quantunque vogliamo sperare dalla vostra esemplare pietà, che gradendo l'offerta, quale vi viene oggi fatta dal vostro Pa-*

ſtore, non ſiate per laſciar ſcorrere, non dico ſettimana, ma neppur giorno ſenza procurare di trar profitto dalla medeſima, pure ci reſtringiamo a preſcrivervi, che l' intera lettura del libro Bilancia del Chericato *ſia pubblicamente fatta nella voſtra* Parrocchia *dentro il corſo d' un anno, cioè a dire, che una volta al meſe (eccettuatine due a voſtro piacimento) raccogliendo nella ſagreſtìa, o nella caſa* Parrocchiale *gli Eccleſiaſtici della voſtra cura in quel maggior numero, che ammetterà la vicinanza della loro abitazione, e le qualità delle loro occupazioni, ſi faccia in ora comoda o da voi ſteſſi, o da altra* Perſona *a voſtra ſcelta la lettura d'una delle dieci Meditazioni, che compongono eſſo libro, da conchiuderſi ciaſcheduna con la recitazione delle litanìe di Maria Vergine, alle quali volta per volta dichiariamo di applicare l' Indulgenza di cento giorni. Così dunque vi preſcriviamo con l' autorità Noſtra, ed in oltre vogliamo, che fra gli atteſtati, quali ſogliono tanto gli ordinandi, che i Confeſſori eſibire nella Noſtra Curia, debba eſſervi quello di eſſer eſſi intervenuti, in mancanza di legittimo impedimento, alla preſcritta lettura con la dovuta frequenza. In queſta maniera l' antica, e ſalubre iſtituzione delle Congregazioni eddomadarie de' Cherici, che ſi tengono quì a Breſcia nella ſala del Veſcovato con la preſidenza del Sig. Canonico Decano, e* Penitenziere*, e di alcuni zelan-*

ti

ti Sacerdoti, verrà a introdursi nelle Parrocchie *tutte della Diocesi, se non con l'istessa frequenza di radunanze, e con l'istessa moltiplicità di divoti esercizj, che si praticano in Città, almeno con la frequente pubblica lettura di questo libro. Chiudiamo per fine questa lettera con la paterna Nostra Benedizione, e con il santo ricordo, che il* Pontificale *Romano fa risuonare all'orecchie degli Ordinati*:,, Filii dilectissimi,
,,diligenter considerate Ordinem per vos su-
,,sceptum, ac onus humeris vestris impositum;
,,studete sancte, & religiose vivere, & omni-
,,potenti Deo placere. *E così sia.*

Sacrarum pariter curarum mearum partem haud exiguam sibi de more vindicavit Cathedralis Ædis constructio, & præsertim Presbyterii, quod, ut superius tradidi, unice sumptu meo divinis officiis aptum reddendum fore, animo constitueram, imo fidem meam obligaveram. Asportatæ Brixiam jam fuerant immanes capsæ, in quibus Romæ reponi mandaveram marmoreas moles, quotquot videlicet in unum compactæ majorem Aram conficerent; capsæ etiam sex, continentes maximæ magnitudinis ærea Candelabra auro distincta, ac demum capsa, in qua sita fuerat tabula ab egregio pictore Jacobo Zobolo delineata, & ea quoque tantæ magnitudinis, ut nullam ipsa ampliorem extare in Basilica Romana S. Petri pro re certa affirmatum mihi

fuerit. Hæc omnia, Aram ſcilicet, Candelabra, & Imaginem dum inter divina officia ante oculos habeam, vix dicere poſſum quanta me repleant voluptate, & quanta etiam admiratione, quod emenſo duplici mari Venetias feliciter tranſvecta fuerint, indeque per fluvios Padum, & Ollium ad oppidum Pontiſvici, ac tandem Brixiam, plauſtris impoſita. Aderant enim Romæ, qui ſuſpiciones mihi ingererent de evectionis ejuſdem ſucceſſu, & inter cæteros Cardinalis Imperialis, etſi ipſi jamdiu incumberet Præfectura, quæ vocatur *del Buon Governo*, cujuſque eſt ditionis Pontificiæ oppidorum emolumentis conſulere, per pares graviſſimorum onerum aſportationes aliquando curandis, attamen nil minus quam paradoxum me dicere putavit, dum de Ara illa mea Brixiam devehenda ſermonem cum ipſo movi. Perculſus hujus Aræ admiratione cum cæteris Brixianis eorum Poeta, quem pluries collaudavi, Epigramma, & Elegiam illico effudit. Epigrammatis hoc eſt initium,

Priſca quibus dederat pretium venerabilis ætas,
Et quæ ſunt ævo noſtro in honore magis,
Marmoribus, ſatiatum auro quæ nectit, & ornat
Aes, Aram, PRINCEPS, extruis ære tuo.
Mirantur Cives, ſed mox majora ſtupebunt &c.

Clauditur vero ipſum Epigramma hoc diſtico,

Sit pretioſa licet, multumque exhauſerit auri,
Non hæc tunc dicent Ara, ſed arrha fuit.

Ele-

Elegiæ autem ſuæ ex hoc ipſo verborum luſu exordium fecit Poeta in hunc modum,

Arrha fuit, quis enim (tanta Aræ acceſſio facta eſt)
Quis non, o Cives, dixerit Arrha fuit? &c.

Quænam foret acceſſio illa, partim deſcribit, partim vaticinatur Poeta hiſce verbis

Quique domum proprio reficit Paſtoribus ære,
Ille Dei infectam num ſinet eſſe domum?
Non ſinet. Actutum tabulata en edita ſurgunt,
Unde aliquando ſitum tergeat illa ſuum.
Admittent inſerta amplis mox vitra feneſtris
Et puros Soles, & ſine fæce diem.
Qua patet has inter paries, appenſa Patronam
Eximia referet picta manu tabula.
Aligerum ſtipata globo tenet aſtra Maria
In ſumma, & fruitur jam propiore Deo.
Suſpicere attonitis ſimiles quos cernis in ima,
Hi ſunt a Chriſto lecta verenda cohors.
Vox tantum, & verba his deſunt, ut vivere dicas;
Nec, ſi oculis mavis credere, voce carent.
Ornabunt utrumque latus concentibus orbes
Organa cœleſtes, atque imitata modos.
Præſulis hinc Sedes, ſuberuntque ſedilia circum
Myſtarum, artifici quæ fabrefacta manu,
In duplicem digeſta gradum, duplici ordine creſcent:
Materiem ſed enim nobile vincet opus.
Vix auſint calcare pedes (ſic namque nitebit)
Marmore diſtinctum verſicolore ſolum.
Magnifica in medio aſſurgens dominabitur Ara,
Quam merito is laudat, qui tacet, atque ſtupet.

Quæcumque ſuis hiſce carminibus vaticinatus mihi fuerat Poeta, cito evenerunt ipſomet ſuperſtite, eique contigit intereſſe Miſſæ

solemniter a me decantatæ in eo ipso Presbyterio, ac centies deinde mihi fassus est, non se tantum ætate valde provectum, dum Episcopatum cœpi, sed juniores quoslibet Cives suos libenter pactionem facturos de morte oppetenda, ut primo Pontificalibus sacris in eo Presbyterio adstitissent; adeo longe aberant cuncti illi ab ea hora speranda, quæ gratior propterea illis supervenit. Bargnani Poeta versus eo libentius hic, & superius attuli, afferamque, ut occasio tulerit, inferius etiam, quo in more mihi foret cum illo colludere, seu versiculos & ipse pangendo, dum ei responderem, seu suos illos emendando. Meum hunc morem bina ejus Epigrammata declarant. Unum ita se habet,

Audax siquando, Princeps, Tibi carmina mitto;
Mittere Tu pariter carmina non refugis.
Vitrea sed mea sunt: tua sunt adamantina: capto
Hac ego divitias callidus arte tuas.
Perge, & inexhausta gemmas depromе fodina;
Sic nec Tu pauper; sic ego dives ero.

Alterum vero hisce versibus concluditur,

Versiculi redeunt ad Te, doctissime Princeps,
Et gestire vides, quos tua lima polit.
Quidni? cum magis ornati prædivite vena
Tot præ se gemmas, quot tua verba ferant.

Lusibus istis Poeticis seu dum Episcopum ago, seu dum Commentarios istos conscribo vacare me minime pudet, postquam novi S. Carolum Borromæum inter cariores suos fami-

mi-

miliarem habere haudquaquam refugiſſe Gabrielem Faernum, eximium illum Poetam, & novi etiam, eoſdem luſus frequentaſſe Auguſtinum Cardinalem Valerium, Antiſtitem Veronenſem, nec ipſis valedixiſſe, niſi expertum, per illa nimium mentem ſuam a gravioribus ſtudiis avocari. Avocationem hujuſcemodi mihi nequaquam contingere, certo argumento erit vel nova Primordiorum Corcyræ impreſſio, de qua ſtatim dicere incipio.

Equidem quam ſeriam, imo ſeveram, jocis illis prorſus relictis, curam adhibuerim, dum intra ſeſquiannum, in quo verſamur, librum jam jam memoratum, atque ante decem circiter annos in Lycienſi urbe evulgatum, ſecundis curis Brixiæ in lucem educerem, edocebunt nonnullæ Animadverſiones inde hoc loco in medium proferendæ, eæ ſcilicet, quibus expendere, ſeu emendare decrevi dicta quædam Virorum illuſtrium, quorum mentionem primo Volumine horum Commentariorum faciendi anſam mihi dederunt recenſita ibidem itinera mea Batavum, Anglicum, & Gallicum. Delectus hujuſmodi qui mihi arriſit, forte erit ut Lectoribus etiam minime diſpliceat, quibus nimirum volupe futurum ſit exitum ſpectare velitationum mearum cum iis fortiſſimis earundem nationum, quos adeo libenter itinera illa peragendo coram agnoviſſem. Ordinatim autem libri illius pa-

ginas percurram, Animadversiones meas pro ut in iisdem occurrent, recitaturus.

„*Pag.*10. JOANNES HARDUINUS. Corcyræ „nomen licet admodum vetus, nihilominus „in Homero numquam prorsus reperitur: ac „proinde memoria fefellit Joannem Hardui„num in eruditissimo Opere, quod singula„rem priscæ Geographiæ lucem affundit, in„scribiturque: *Nummi antiqui populorum & „urbium illustrati:* ubi Corcyræos recensens, „*In nummis* (inquit) *semper* Κορκυραίων, & „Κόρκυρα, *numquam* Κερκυραίων, *aut* Κέρκυρα: „*tametsi vetus est nomen illud apud Homerum.* „Adeo verum est, nomen hoc apud Home„rum non legi, ut apud Strabonem lib. I. „& lib. VII. ab Eratosthene, & Apollodoro „dicam scriptam reperiamus Callimacho „Grammatico, quod Homericam Scheriam „*Corcyræ* vocabulo expresserit. Qua de re „suo loco. *Et Pag.* 51. Corcyræarum an„tiquitatum ex Homero investigationem „ea imprimis discussio præcedere debet, „qua constet, de Scheria, atque Phæacibus „ab Homero narrata omnino accipienda es„se de Corcyra, atque Corcyræis. Id siqui„dem, licet pro comperto haberi posse videa„tur ex priscorum Auctorum testimoniis, „quibus recentiores ultro adstipulantur, a „quibusdam ex illis in controversiam voca„tum reperio apud Strabonem, ab illis nem-

„pe

„pe, qui Ulyſſis errores non circa Siciliam, „atque Italiam, ſed in extimis magni Ocea„ni partibus contigiſſe aſſeverabant. Hoc ar„gumentum fuſe, & ſolide pertractavit Phi„lippus Cluverius *Siciliæ Antiquæ capite po„ſtremo*, generatim vagationes illas, cujuſ„cemodi Homerus retulit, exponens. Idque „ut facilius faceret, Virgilii Æneam ſemper „cum Ulyſſe contulit, demonſtrans, ad nul„la hunc ab Homero loca deductum, quin „ad eadem poſtea appulſus narretur Æneas. „At quæ ſpeciatim ad Phæacas, & Scheriam „pertinent, ſpecialem a nobis diſcuſſionem „expoſcunt; ad quam, Euſtathio Scholiaſta „itineris duce, jam ingredimur. Quos com„munem de Ulyſſis in interno mari errori„bus ſententiam apud Strabonem inſectari „dixi, hi ſunt Eratoſthenes, atque Apollo„dorus; iique, quod ſpectat ad rem noſtram, „Callimacho præſertim Grammatico oblo„quuntur, Calypſus inſulam pro *Gaudo*, pro „*Scheria* Corcyram accipienti. En Strabonis „verba lib. I. Απολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλ„λιμάχῳ συνηγορῶν τοῖς περὶ Ερατοσθένη, διότι, „καίπερ γραμματικὸς ὢν, παρὰ τὴν Ομηρικὴν ὑπό„θεσιν, καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ ὧν „τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον, καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει. „*Ceterum Apollodorus Eratoſthenem defendens*, „*Callimachum reprehendit, quod, tametſi Gram*„*maticus eſſet, tamen & contra Homeri inſti-*

tu-

„tutum, & locorum in Oceano, circa quæ Ulyſ-
„ſem vagari facit, poſitionem, Gaudum, ac Cor-
„cyram nominaverit. Et lib. VII. Καὶ τοῖς μὲν
„ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πά-
„νυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς, ὃς τὴν Γαῦ-
„δον, Καλυψοῦς νῆσον φησὶ, τὴν δὲ Κέρκυραν, Σχε-
„ρίαν. *Ac ceteros quidem venia dignatur, dem-*
„pto Callimacho; qui Grammaticum ſe profeſſus,
„Gaudum tamen Calypſus inſulam faciat, & de
„Corcyra Scheriam. Diffiteri nequeo, plura ab
„Homero de Scheria dici, unde hujus ἐκτοπισ-
„μὸς ſeu ἐξωκεανισμὸς facile arguatur, cum ea
„inſulæ cuidam, in extremo Atlantico ſitæ,
„multo melius, quam noſtræ ad Epirum con-
„veniant. At exinde æqui rerum æſtimato-
„res non aliud ſe colligere poſſe putabunt,
„niſi Homerum, Poetarum more, veritatem
„ſæpius ſub involucris ſignificaſſe. Luculen-
„tiſſimas Homeri hac in re vindicias affert
„idem Strabo laudatis libris, quarum ſumma
„hæc eſt: Ἅτε δὴ (ait ipſe lib. I.) πρὸς τὸ παι-
„δευτικὸν εἶδος ἀναφέρων τοὺς μύθους ὁ ποιητὴς, ἐφρόν-
„τισε πολὺ μέρος τ' ἀληθοῦς, ἐν δ' ἐτίθει καὶ ψεῦ-
„δος, τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν,
„καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη. *Enimvero Poeta fabu-*
„las ad morum formationem referens, veritatis
„magna ex parte rationem habuit, interdum ta-
„men etiam mendacio adhibito; veritatem qui-
„dem amplectens, mendacio autem demulcens,
„ac gubernans ducis inſtar multitudinem. Et
„pau-

„paulo-post : Εκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν „καινὴν τερατολογίαν, οὐχ Ομηρικόν. Προσπίπτει „γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὡς πιθανώτερον ἂν οὕτω τὶς ψεύ-„δοιτο, εἰ καταμίσγοι τὶ καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν. „*Non enim Homericum est, nova fabularum por-„tenta proferre, quæ a nullo vero dependeant.* „*Verisimiliora nimirum videntur, auditori, quæ* „*is ita mentitur, ut vera falsis admisceat.* His „consonat illud Lactantii lib. 1. *Institut. Non* „*etenim res ipsas gestas finxerunt Poetæ : quod* „*si facerent, essent vanissimi, sed rebus gestis* „*addiderunt quemdam colorem.*

„*Pag.* 11. EZECHIEL SPANHEMIUS. Cor-„cyræorum nummorum lectionem cum in iis „(nam hujusmodi plures in præclaris extant „cimeliarchiis) constanter servatam animad-„vertisset Vir alius Clarifs. Ezechiel Spanhe-„mius, admiratione dignum in Observationi-„bus ad Callimachum pag. 428. illi visum est, „apud veteres Auctores Herodotum, Thucy-„didem, Strabonem, Dionysium Periegetam, „& alios plerosque omnes, non Κόρκυρα, & „Κορκυραῖος legi, sed Κέρκυρα, & Κερκυραῖος, „nummis (ait ille) indubiæ fidei, ac vetu-„statis refragantibus. Unde infert, dubitare „equidem haud licere, pro Κέρκυρα, & Κερκυ-„ραῖος, continuo Κόρκυρα, & Κορκυραῖος apud „dictos Auctores reponendum esse. At Viri „eruditissimi confidentiæ reprimendæ, ac opi-„nioni exsufflandæ satis erit Eustathius Scho-

„lia-

„liasta *ad Dionysii versum* 494. ubi veterum „Scholiorum, Historiarumque auctoritate „utramque lectionem Κόρκυρα, & Κέρκυρα ge-„nuinam affirmat his verbis: Τὰ δὲ παλαιὰ „(inquit) σχόλια καὶ πολλὰ δὲ ἱστοριῶν ἀντίγραφα „ἐμφαίνουσιν ἀμφιβόλως ἔχειν παρὰ τοῖς παλαιοῖς „τὴν τῆς νήσου ταύτης γραφήν. λέγεσθαι γὰρ καὶ διὰ „τοῦ ο Κόρκυραν. *Antiqua Scholia, ac plura Hi-„storiarum Exemplaria apertum faciunt, anci-„pitem esse hujus insulæ apud veteres scriptu-„ram. Quippe per o etiam effertur Corcyra.* „Lectionem, Κέρκυρα, constanter usurpat ip-„se Scholiastes, quin firmius adhuc adstruit, „dum ibidem observat, aliam, nempe Κόρκυρα „designandæ Corcyræ minori, seu Nigræ fre-„quentius inservire. Ea hodie dicitur *Curzo-„la*. Addo, Suidæ, Hesychii, Etymologici „Magni Lexica ab omni mendæ suspicione „vocem Κέρκυρα absolvere, quoniam in illis ea „vox, aliæque inde derivatæ in syllabæ Κε „censum veniunt, non vero in syllabæ Κο, „ad quem spectarent, si germana nominis le-„ctio non ε sed ο sibi vindicaret. Præterquam-„quod strages prorsus edenda foret in priscis „exemplaribus, si ubicumque Κέρκυρα, & Κερ-„κυραῖος legitur (quæ voces innumeris pror-„sus locis occurrunt) iis eliminatis, Κόρκυρα, „& Κορκυραῖος reponendum foret. Eodem lo-„co Spanhemius veterem aliam lectionem „de Corcyra sollicitavit, at ibi quoque quam

„in-

„infeliciter, ne dicam audacter, patebit in-„ferius. Fatale fuit præstantissimo Viro, & „quidem in Opere admirandæ eruditionis,& „quale hodie, ut quidam ait, vix sperare ab „ullo mortalium audeamus, ad unum Calli-„machi versiculum, scilicet 156. *Hymni in* „*Delum*, semel atque iterum pro veritate er-„rorem obtrudere -- *Et Pag.* 196. Addimus, „rationem a nobis susceptam pro retinenda „tam numismatum, quam veterum codicum „lectione, solidiorem nobis visam esse, post-„quam ad calcem Editionis Lipsiensis Pausa-„niæ adnotatas invenimus a Frid. Sylburgio „quamplures scripturæ diversitates in loco-„rum nomine efferendo, quas consuetudini „unice tribuendas Vir doctus minime dubi-„tat. Nonne & ipsa vernacula idiomata ex-„hibent nobis sexcenta hujusce generis exem-„pla (dicitur enim *Venezia* & *Vinegia*, *Fi-„renze*, & *Fiorenza*) nec propterea Eruditis „in mentem venit, uni, seu alteri ex illis „lectionibus bellum indicere? Quid vetat „opinari, vocem Κόρκυρα unum fuisse ex Cor-„cyræorum idiotismis, sicque numismata eam „unice repræsentare, Κέρκυρα vero exterorum „sermone frequentius usurpatam, sicque in „MSS. codicibus aut semper, aut fere semper „apparere? In uno & altero ex eis nummis „apparent apud Marmoram literæ TA KK. „quæ nihil aliud significant, quam τὰ Κέρκυρα,

qua

„qua ratione Corcyræ nomen effertur in *No-„titiis Ecclesiasticis*, de quibus dictum est „cap. III. Num propterea hanc etiam lectio-„nem, quod numismatum testimonio firme-„tur, lectioni Κέρκυρα præferendam vellet „Spanhemius? Haud equidem abnuo, magni „faciendam Ezech. Spanhemii, licet sæpius in „hoc libello notati, Philologiam, tantaque „erga ipsum, cum primum severioribus lite-„ris operam darem, admiratione tenebar, ut „anno 1710. mense Decembri, cum ex Bata-„via in Angliam peregrinationum mearum, „quas Eruditionis causa susceperam, cursu „deducerer, nihil mihi jucundius futurum „fuisset, quam tantum Virum, Londini tunc „temporis agentem, de facie cognoscere, ejus-„que alloquio frui; quemadmodum nihil mi-„hi tristius fuit, statim ac in Britanniam de-„scendi, quam ejusdem obitum, qui paucis „dumtaxat hebdomadis appulsum illum me-„um præcesserat, intelligere; eoque postea „gravius dolui, quo certius ex doctorum Vi-„rorum, quibuscum in ea Urbe per tres men-„ses familiariter vixi, testimoniis mihi con-„stitit, Ezech. Spanhemium, quamvis ex re-„gii Legati munere, quo fungebatur, gravis-„simis occupationibus distineretur, ita lite-„rarios congressus usque ad postrema sua „tempora adamasse, ut literis unice deditus „videretur. Memini, id mihi præ cæteris te-

„sta-

„ſtatos fuiſſe Cl. Bentlejum, quem frequen-
„ter adibam, & Cl. Nevvtonum, quem apud
„Bentlejum ſemel iterumque reperi; Nevv-
„tonum, inquam, illum, qui ſi alicui Cœlum
„terræ miſcere viſus fuerit, quod ſphæram
„ludricam in cœleſtem converterit, nemo
„tamen diffitebitur, eumdem Mathematicos
„noſtrorum temporum prætergreſſum fuiſſe
„juxta illud,

„*A terris quantum Cœli patet altus hiatus.*

„*Pag.* 23. JOSUA BARNESIUS. Demum
„cenſoriam animadverſionem meretur notu-
„la ab Joſua Barneſio in Cantabrigienſi Ho-
„meri editione ad verbum Σχερίη, quod legi-
„tur initio libri VI. appoſita his verbis: *Scheria,*
„*quæ Phaacia, nonnullis Corcyra, Herodoto Oaſis,*
„*ut Photius Biblioth.* Oaſis, quam Olympio-
„dorus in *Photii Biblioth. num.* LXXX. ab He-
„rodoto *Phaacidem* nominatam ſcribit, ad Æ-
„gyptum ſpectat, ut ex ipſius Olympiodori
„verbis ibi relatis certo certius conſtat, ac
„propterea nihil illi cum Corcyra noſtra com-
„mune. Unde bene adnotatum in margine
„ad illum Photii locum: *Alia eſt Homeri*
„*Φαιακία, quæ ceteris Corcyra dicitur.* Ne quid
„diſſimulem, gravis mihi ſuboritur ſuſpicio,
„ne Homericum Phæacidis Poema, de quo
„ſupra, potius ad Phæacidem hanc Ægyp-
„tiam, quam ad noſtram pertineat. Siquidem
„nobiliſſimis urbibus ambitioſa contentione
„Ho-

„Homerum sibi civem exoptantibus, eum „potiori jure ex multorum Veterum auctori„tate adsciscere sibi videntur Thebæ Ægyp„tiæ, Oasi illi vicinæ. Hanc propterea val„de verosimile fit, dignam curis suis Poetam „reputasse, cætera ob aeris temperiem, soli „ubertatem, aliaque hujusmodi bona, unde „prisci Scriptores eam commendant, beato„rumque insulam vocat Herodotus in *Tha„lia*, dignissimum Homerici carminis argu„mentum. Si vero præeunte Leone Allatio „in libello *de Patria Homeri*, hunc Ægyp„tium ortu fuisse, negare libeat, non ideo „prædicta suspicio omnis evanescet. Negari „siquidem nequit, Homerum, quemadmodum „& plures Græciæ Sapientes, ad Ægyptios „commeasse, multaque ex eis delegisse arca„na, secretiorisque doctrinæ mysteria hausis„se, ut adnotavit Diodorus *Biblioth. lib.* I. ac „alii multi, utque laudato Opusculo Alla„tius ipse fatetur. Phæacia autem nostra ne„que ortu, neque hospitio Homeri gloriari „valet.

„*Pag.* 28. JACOBUS GRONOVIUS. Perqui„rendum hic venit, ubinam locorum sita fue„rit Hyperea. Cui indagationi quoniam ma„xime conferunt, quæ de Hyllo Hyllensium „in Illyrio rege, Corcyræ, dum ibi Nausithous „imperaret, ab Hercule & Melita procreato, „narrat Apollonius *Argonautic.* IV. juvat ea præ-

„præmittere; unde etiam díscimus, Phæacas „ab Hyllo, annuente Nausithoo rege, con„gregatos, Hyllensium regnum condidisse. „Ita vero Apollonius:

„Οὐ μὲν ἔτι ζώοντα καταυτόθι τέτμον ἄνακτα
„Ὕλλον, ὃν εὐειδὴς Μελίτη τέκεν Ἡρακλῆϊ
„Δήμῳ Φαιήκων.

„*Nec tamen amplius viventem ibi invenerunt regem*
„*Hyllum, quem formosa Melite peperit Herculi*
„*Populo Phæacum.*

„Hic Apollonii locus si Jacobo Gronovio in„notuisset, nequaquam in *Thesauro Græc. An„tiq. Vol.* I. ad Hylli gemmam ita pronun„ciasset: *id notabile, quod caput id cingatur „diademate, quum Hyllus rex legatur nuspiam.* „Legitur enim Hyllus rex in Apollonio. Qui „si Gronovium latuit, eum certe latere non „debuit Hyllus Heraclida, regibus & ipse ac„censitus, ab Apollodoro, Herodoto, Diodo„ro, Strabone, aliisque commemoratus.

„*Pag.* 45. JACOBUS GRONOVIUS. Celebra„tissima hæc Argonautarum expeditio per„inde ac si Jacobo Gronovio minime com„perta fuisset, asserit hic in Volumine supe„rius laudato *ad Corcyræ gemmam*, quam ex„hibet, Alcinoum per Ulyssis navigationem „inclaruisse, Corcyræque insulæ notitiam, „& appellationem tunc temporis exortam „primum fuisse, aut ad Græcos pervenisse. „Satis enim celebres, & claros Alcinoum, &

„Corcyram Græcis reddere valuit Argonau-
„tica, quæ eam Ulyssis præcessit, navigatio,
„toties a Poetis, & Historicis decantata, & ab
„Astrologis cœlo donata. Ibidem Gronovius
„magna confidentia Alcinoum Phæacis filium
„facit; quem tamen a Nausithoo genitum
„dum diserte memorat Homerus, hujus au-
„ctoritas postulat, ut aliqua sui dicti ratio
„habeatur. Demum quo jure scripserit Gro-
„novius, generosum, & splendidum Corcyræ
„civem, Andream Marmoram, integro, &
„elaborato Opere Insulæ illius historiam pro-
„secutum esse, præcedentia jam indicarunt,
„& subsequentia apertius ostendent, quod spe-
„ctat ad lucubrationis illius diligentiam, in
„contexendis fabulis utique maximam.

„*Pag.* 57. JOS. BARNESIUS, ET ALII HO-
„MERI INTERPRETES. Rursus quod *Odyss.*
„XIII. Phæaces Ithacæ portum subiisse dicun-
„tur πρὶν εἰδότες, *cum antea scirent*, ad hunc
„locum ita Eustathius: πόθεν δὲ εἰδότες ἢ πῶς,
„οὔ φησιν ὁ ποιητής· ἀλλ᾽ ἀφίησι νοεῖν, ὅτι οἴδα-
„σιν, ὡς εἰκός, Φαίακες, Κερκυραῖοι ὄντες Ἰθακη-
„σίοις γείτονες. Τοῦ γὰρ ἐκτοπισμοῦ πλάσματος ὄν-
„τος, ἀληθές ἐστι τῆς κατὰ Φαιακίαν Κεφαλληνίας οὐ
„πολὺ ἀπέχειν τὴν Ἰθάκην. *Unde autem, aut quo-*
„*modo scirent, Poeta non dicit; at intelligere*
„*sinit, Phaacas, ut credibile est, scivisse, utpote*
„*Corcyraos Ithacensibus proximos. Etenim cum*
„ἐκτοπισμὸς *figmentum foret, id verum est, Itha-*
„*cam*

„*cam non multum abeſſe a Cephallenia, quæ jux-*
„*ta Phæaciam ſita eſt.* Latini Homeri Interpre-
„tes ſenſu ab allata Euſtathii interpretatio-
„ne prorſus alieno, vertunt τὸ πρὶν εἰδόντες:
„*priuſquam ſcirent*, ut legitur etiam in Joſuæ
„Barneſii Editione. Subdit Euſtathius: πάνυ
„πιθανῶς ἐνταῦθα ἐῤῥέθη τὸ, πρὶν εἰδότες, ἵνα
„εἰκοτολογηθῇ τὸ ἐν νυκτὶ τολμῆσαι τοὺς Φαίακας
„ἐπεῖξαι καὶ τῆς χέρσου κώπαις ὅλαις τὴν νῆα. *Val-*
„*de probabiliter hic dictum eſt, cum antea ſci-*
„*rent, ut veri ſimilitudinem conſequatur, Phæa-*
„*cas auſos fuiſſe noctis tempore navim ad ter-*
„*ram ſolis remis impellere.*

„*Pag.* 81. EZECH. SPANHEMIUS, ET ANNA
„DACERIA. Eadem (Minerva) ad Ulyſſem,
„de Alcinoi ædibus interrogantem, loco ci-
„tato:

„. . . : ἐγὼ δ᾽ ὁδὸν ἡγεμονεύσω·
„Μηδέ τιν᾽ ἀνθρώπων προτιόσσεο, μηδ᾽ ἐρέεινε:
„Οὐ γὰρ ξείνους οἵδε μάλ᾽ ἀνθρώπους ἀνέχονται,
„Οὐδ᾽ ἀγαπαζόμενοι φιλέουσ᾽, ὅς κ᾽ ἄλλοθεν ἔλθοι.
„. . . . *ego enim viam monſtrabo;*
„*Neque quemquam hominum alloquere, neque inter-*
„*roga.*
„*Non enim hoſpites hi clementer homines ſuſcipiunt,*
„*Neque curantes amplectuntur, quicumque aliunde*
„*venerit.*

„Diſcrimen inter principes, & populum Phæa-
„ciæ recte animadverterunt Homerici Scho-
„liaſtæ, Didymus, & Euſtathius, quorum prior
H 2 „ad

,,ad verba, οὐ γὰρ ξείνους;, ita notat: Οὐ ξενίζουσι
,,τοὺς ἀνθρώπους. Πῶς οὖν ἐν τοῖς ἑξῆς φιλοξενωτάτους
,,λέγει; Η τὸν μὲν ναυτικὸν ὄχλον τῷ ὄντι εἶναι
,,ἀηδῆ, τοὺς δὲ, βασιλεῖς φιλοξένους, ἢ ἴσως ἵνα
,,φυλάξηται τινὸς πυθέσθαι, ἢ πρὸς ἕτερον καταχ-
,,θῆναι. *Hospites non recipiunt. Quomodo igitur*
,,*in subsequentibus eos maxime hospitales dicit?*
,,*Aut quod nautica turba agrestis foret, & aspe-*
,,*ra, reges vero hospitales, aut forte ne quem-*
,,*piam interrogaret, neve ad alium diverteret.*
,,Priorem interpretationem probat Eusta-
,,thius, inquiens: Τὸ δὲ οὐκ ἀνέχονται ξείνους, οὐδ'
,,ἀγαπαζόμενοι φιλέουσιν, περὶ τοῦ τῶν Φαίακας ναυ-
,,τικοῦ ὄχλου λέγεται, ἤγουν τοῦ δήμου, ὡς καὶ πρὸ
,,ὀλίγων ἐῤῥέθη. Εἰ γὰρ καὶ ἀγχίθεοι γεγάασιν οἱ
,,Φαίακες, ἀλλ' οὐ πάντων τοῦτό ἐστι τὸ σεμνὸν, μόνου
,,δὲ τοῦ βασιλικοῦ γένους. *Illud autem, non susci-*
,,*piunt hospites, neque curantes amplectuntur,*
,,*de nautica Phaacum turba dicitur, scilicet de*
,,*populo, quemadmodum paulo ante dictum est.*
,,*Etsi enim Diis similes fuerint Phaaces, at non*
,,*omnium decus istud, sed regia tantum stirpis.*
,,Quod discrimen Ezechieli Spanhemio mini-
,,me innotuisse videtur, dum in *Observationi-*
,,*bus ad Hymnum Callimachi in Delum* exulare
,,prorsus jubet e versu 156. lectionem κακοξει-
,,νωτάτη, *inhospitalissima*, quam aliquot illius
,,Poetæ codices MSS. præferunt, ac omnino
,,legi φιλοξεινωτάτη.

,,. . . Κέρκυρα φιλοξεινωτάτη ἄλλων.

. . *Cor-*

„ . . . *Corcyra hospitalior ceteris omnibus*.
„Objicit sibi Spanhemius violatum a Corcy-
„ræis hospitium in Periandri filio, quem apud
„ipsos hospitantem, ac inde ad patrium Co-
„rinthi regimen capessendum evocatum, ne-
„farie ab iis occisum narrat Herodotus *lib.*
„III. *cap.* LIII. At modo allatos ex Home-
„ro textus apertissimos, itidem apertissimas
„Scholiastarum interpretationes in eosdem,
„potius quam Periandri filii necem, objce-
„re sibi imprimis debuisset; quæ utique do-
„ctissimum Virum latere minime oportebat
„in Opere admirandæ eruditionis, & *quale*
„*hodie vix sperare ab ullo mortalium audeamus*
„(cujusmodi elogio exornatas Sphanhemii
„*Observationes in Callimachum* superius dixi)
„seu in Opere, in quo *e tot Observationibus*
„*nullam esse, quæ non summam spiret eruditio-*
„*nem*, traditur ab Auctore Vitæ Spanhemii,
„alteri volumini *de Præst. & Usu Numism.*
„præfixæ. Lectionem Φιλοξεινωτάτη haudqua-
„quam reprobo; confidentiam reprobo, qua
„aliam κακοξεινωτάτη Sphanhemius e codici-
„bus MSS. eliminat. Eadem confidentia, ut
„superius vidimus, Auctor hic, cetera erudi-
„tissimus, eliminatam voluit, tamquam men-
„dosam, lectionem Κόρκυρα, cum tamen ge-
„nuinam esse certissimo constet. Modestius
„Anna Daceria, dum scribit: Φιλοξεινωτάτη.
„*Legitur &* κακοξεινωτάτη: *vulgatam lectionem*

„*retinerem*, Φιλοξενωτάτη: *hanc illi gloriam* „*dedit Ulyſſis hoſpitium apud Alcinoum*. Ad„dere potuiſſet, Argonautarum quoque, alio„rumque. Diſſimulare nequeo, ex ipſa Ar„gonautarum receptione, quæ ab Apollonio „verſibus ſuperius recitatis deſcribitur, aper„tum reddi, non ad principes tantum, ſed „ad populum etiam Phæaciæ hoſpitalitatis „laudem aliquo modo ſpectaſſe.

„*Pag*.117. JACOBUS PERIZONIUS, ET ALII. „Lucianus in lib.I. *Verar.Hiſtoriar.* in princi„pio, cum de Cteſiæ, & Jambuli falſis nar„rationibus ageret: Ἀρχηγὸς (inquit) αὐτοῖς καὶ „διδάσκαλος τῆς τοιαύτης βωμολοχίας ὁ τοῦ Ὁμήρου „Ὀδυσσεὺς, τοῖς περὶ τὸν Ἀλκίνοον διηγούμενος ἀνέ„μων τε δουλείαν, καὶ μονοφθάλμους, καὶ ὠμοφάγους, „ καὶ ἀγρίους τινὰς ἀνθρώπους, ἔτι δὲ πολυκέφαλα „ ζῶα, καὶ τὰς ὑπὸ φαρμάκων τῶν ἑταίρων μεταβο„λὰς, ὅια πολλὰ ἐκεῖνος πρὸς ἰδιώτας τοὺς Φαίακας „ἐτερατεύσατο. *Hujus ſcurrilitatis artifex, &* „*inventor extitit Homericus ille Uliſſes, Alcinoo* „*enarrans & ventorum ſervitutem, & unoculos, &* „*cruda voraces, ac ſylveſtres quoſdam homines,* „*præterea multorum capitum animalia, ſocioſ*„*que meretricum veneficiis permutatos, cujuſ*„*modi monſtra ille rudi Phæacum populo emen*„*titus eſt*. Cum ex hoc Luciani, aliiſque „Veterum teſtimoniis certum ſit, Alcinoi a„pologos de Ulyſſis ſermonibus apud Alci„noum intelligendos eſſe, id tamen plures

„do-

„docti Viri minime videntes, inter quos Ja-
„cobus Perizonius in perpetuo ad *Æliani Var.*
„*Hist. Commentario*, adagium illud perverse
„de ipsius Alcinoi sermonibus interpretati
„sunt. Jure quidem rejicit Perizonius ad
„cap. XIV. lib. XIII. Schefferi opinationem,
„ea appellatione designari putantis Odysseæ
„lib. VII. in quo profecto nihil est, quod huc
„pertineat, cum in eo memoretur tantum
„Ulyssis adventus ad Alcinoum. At immerito
„subdit: *sequens Odyssea* VIII. *continet multos*
„*sermones Alcinoi pro concione Phæacum, & in*
„*cœna; nec dubito, quin iste illa appellatione*
„*a Nostro designetur*. Nego, Alcinoi apolo-
„gos in Alcinoi sermonibus esse quærendos;
„nego præterea, multos Alcinoi sermones
„in eo libro contineri, quem nimirum ludo-
„rum descriptio, & Demodoci cantiones to-
„tum sibi vindicant; adeo ut hoc nomine
„Demodoci potius, quam Alcinoi apologi
„multo potiori jure inscribendus fuisset. Fa-
„teor autem, inter plures illius libri inscri-
„ptiones, quas Editio Barnesiana exhibet,
„hanc reperiri: Ἀλκινόου ἀπόλογοι, *Alcinoi apo-*
„*logi*: eamdemque exhiberi ab Aristotele in
„*Art. Poet.* ubi de variis agnitionibus disse-
„rens, de Ulyssis apud Phæacas agnitione
„hæc habet: καὶ ἡ ἐν Ἀλκινόου ἀπολόγῳ· ἀκούων
„γὰρ τοῦ κιθαριστοῦ, καὶ μνησθεὶς, ἐδάκρυσεν, &
„*ea, quæ in Alcinoi apologo contigit; audiens*
„*enim*

„*enim citharædum, ac recordatus, flevit*. Ser-
„mo hìc est de Demodoci cantilenis, ac Ulyssis
„ad eas fletu, de quibus *Odyss.* VIII. cumque
„illa Aristoteles ex Alcinoi apologo referat,
„oportet hujuscemodi appellationem libro
„illi convenisse. De inscriptione illa, & Ari-
„stotelis textu nihil habet Perizonius, quam-
„vis causæ suæ prima fronte non parum in-
„servirent. Prima, inquam, fronte; cum
„enim certo constet, per Alcinoi apologos a
„priscis Scriptoribus Ulyssis apud Alcinoum
„sermones quatuor Odysseæ libris, scilicet
„IX. X. XI. XII. designari, qui eos proxime
„præcedit, prædictam appellationem ea
„tantum de causa sibi adsciscere valuit, quod
„in ipso eorumdem sermonum quædam ve-
„luti præcentio, seu præludium contineatur.
„Nam ibi, ut postrema libri carmina demon-
„strant, Alcinous Ulyssi acervum proposuit
„quæstionum, unde quatuor subsequentium
„librorum narrationes causam, & argumen-
„tum acceperunt. Hinc est, librum illum,
„Eustathio teste, nominatum fuisse: τὰ παρὰ
„Ἀλκινόῳ προδιηγήσεως, ἢ τῆς παρ' Ἀλκινόῳ προ-
„διήγησις, *Narrationum apud Alcinoum præpa-*
„*ratio*. Qui priorem inscriptionem, ut mo-
„do dicebam, minime viderat Perizonius,
„in posterioribus hisce nihil vidit, quas ita
„interpretatur: *Ea, quæ apud Alcinoum acci-*
„*dere ante longam illam narrationem rerum*
„*sua-*

„*suarum, quam sequentibus totis quatuor libris* „*facit Ulysses; vel expositio eorum, quæ apud* „*Alcinoum accidere ante narrationem subse-* „*quentem*. Προδιήγησις est *præparatio ad nar-* „*rationem* apud Hermogenem, & Aristote- „lem *Rhetor.* III. ut etiam Lexicographi do- „cent. Itaque Alcinoi apologus appellari „potuit liber, in quo ad Ulyssis narrationes, „jam jam inchoandas, præparata fuit mate- „ries. Quæ omnia palam ostendunt, gravi- „ter ad eum Æliani locum impegisse Peri- „zonium, licet Auctoris illius *difficilia qua-* „*que, obscura, ignota, corrupta, partim ex MSS.* „*partim ex Græca lingua, Antiquitate, Histo-* „*ria, Lectoribus explicare, & liquida perfun-* „*dere luce* (ut ipsemet loquitur in *Nupera* „*Dissert.* eademque fere habet in Præfatio- „ne ad novam Editionem) susceperit. Quæ „tamen dicta minime magniloquentiæ cri- „mini duco; quod immerito fecit Jacobus „Gronovius in *Nupera Notit. de var. Æliani* „*loc.* Nam Perizonii in ea Præfat. hæc quo- „que sunt verba: *Sed & nullus dubito, quin,* „*quum tam varia, & multa hic tractaverim,* „*aliquando quoque humani quid fuerim passus.* „*Prudentiæ enim foret, & vigilantiæ prorsus* „*inusitatæ, in tanta rerum varietate, & copia* „*numquam dormitasse*. Legendus ipse Perizo- „nius in *Respons. ad eam Notitiam*.

„*Pag.* 123. EZECHIEL SPANHEMIUS. Nan-

„si-

„ſicaæ aurigantis pictura arcam quamdam „in templo Junonis, ut ſcribit Pauſanias in „*Eliac. prior.* exornabat: Παρθένυς δὲ (inquit) „ἐπὶ ἡμιόνων, τὴν μὲν ἔχυσαν ἡνίας, τὴν δὲ ἐπικειμένην κάλυμμα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, Ναυσικᾶν τε νο„μίζυσιν εἶναι τὴν Αλκινόυ, καὶ τὴν θεράπαιναν, ἐλαύ„νυσαν ἐπὶ τὰς πλυνὰς. *Virgines autem mulis in„ſidentes, quarum altera habenas tenet, altera vero velato capite ſedet, Nauſicaam Alcinoi fi„liam eſſe putant, cum ancilla ad lavacra con„tendentem.* Pauſaniæ Interpres, Romulus „Amaſæus, priora hujus textus verba ita ver„tit: *jam vero inſidentes ciſio virgines duas*, „Homeri potius, quam Auctoris ſui verba ſe„cutus; licet uterque facile in concordiam „trahi poſſint, ſi Pauſaniæ ἐπὶ ἡμιόνων pro to„to curru, qui a mulis traheretur, accipia„tur; pars ſcilicet pro toto. Aliam picturam „Nauſicaæ, mulis vectæ, expreſſerat Proto„genes Athenis in propylæo delubri Miner„væ, teſte Plinio lib. xxxv. cap. x. his ver„bis: *fecit nobilem Paralum, & Hemionida*, „*quam quidam Nauſicaam vocant*. Qui lectio„ni *Hemionida* alias ſubſtituunt, ſcilicet vel „*Hermionida*, vel *Hammonida*, vel *Hammonia„dem* (cujuſmodi præfert Editio Batava cum „Not. Var.) Plinii textum corrumpunt, nec „vident, currui mulari inſidentem Nauſicaam, „jure *Hemionida* appellari potuiſſe. Απήνης, „ſeu mularis vehiculi uſum antiquum fuiſſe,

„&

„& decorum, ut probaret Ezechiel Spanhe-„mius *de Usu, & Præst. Vet. Num. Dissert.* XII. „illius ex Homero exemplum adduxit, cui „imposita fuerunt a Priamo, ferenda ad re-„dimendum Hectoris corpus ad Achillem, „dona *Iliad.* XXIV. At multo aptius proposi-„to fuisset Nausicaæ istud, quo videlicet re-„gia puella vehebatur, ipsamet moderatrix, „quodque Pausanias, & Plinius in allatis mo-„do textibus ostentant, cum Priami illud do-„nis tantummodo onustum traheretur. Item „Jul. Pollux in *Onom. lib.* X. *cap.* XII. Nausi-„caæ lecticam ostentat ex Sophoclis Drama-„te; ad quem locum legendi Interpretes, pro „uno habentes ἀπήνην Homeri, & λαμπήνην „Sophoclis in eo Dramate.

„*Pag.* 126. ISAAC. NEVVTONUS. Mulierem „quamdam Corcyræam, nomine Agallis, pi-„laris lusionis inventionem Nausicaæ tribuis-„se, testatur Athenæus lib. I. Ὀρχήσεις δὲ (in-„quit Athen.) εἰσὶ παρ' Ὁμήρῳ, αἱ μέν τινες τῶν „κυβιστητήρων, αἱ δὲ διὰ τῆς σφαίρας, ἧς τὴν εὕρε-„σιν Ἀγαλλὶς ἡ Κερκυραία Γραμματικὴ Ναυσικάᾳ „ἀνατίθησι, ὡς πολίτιδι χαριζομένη. *Saltatio-„nes quidem apud Homerum aliæ sunt eorum, „qui præcipites sese in caput provolvunt, aliæ „cum pila, cujus inventionem Agallis Corcyræa „Grammatica Nausicaæ adscribit, concivi suæ „gratificans.* Moxque subdit: πάντων δὲ μόνην „τῶν ἡρωΐδων Ὅμηρος παράγει σφαιρίζουσαν, *solam*

„*qui-*

„*quidem Nausicaam ex Heroidibus pila ludentem* „*Homerus inducit*. Heroidis cognomento Nausicaam decoratam reperimus pariter in numismate cuso a Mitylenæis in ejus honorem, quod profert Jac. Sponius *Itiner. T.* III. tamquam omnino singulare commendans. „Ex Athenæo Suidas in v. Ἀναγαλλὶς (ita „eam Grammaticam vocat) Ἀναγαλλὶς (inquit) ἡ Κερκυραία Γραμματικὴ, ἥτις τὴν τῆς σφαίρας εὕρεσιν Ναυσικάᾳ τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησιν. *Anagallis, Corcyræa Grammatica, quæ* „*pilæ inventionem Nausicaæ Alcinoi filiæ attribuit*. Eustathius Scholiasta, postquam notasset, sphæristerii studiosos fuisse, e civitatibus quidem communiter Lacedæmonios, „e regibus autem Magnum Alexandrum, subdit: ἰδιωτῶν δὲ, Σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς. ὃς καὶ ὅτε „φασὶ τὰς πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας „πρόσωπον σφαίρᾳ παιζούσης ὑποκρινόμενος, ἰσχυρῶς „ηὐδοκίμησεν, *E privatis hominibus Sophocles* „*tragicus, quem ingentes plausus excepisse ferunt,* „*cum Lotricum fabulam edidit, Nausicaæ pila* „*ludentis personam simulans*. Quæ apertissima „Homeri, ejusque Scholiastæ, necnon Athenæi, aliorumque veterum Scriptorum testimonia haudquaquam comperta habens Isaacus Nevvtonus, hujus ætatis Mathematicorum facile princeps, fœde hallucinatus est „in adscribenda technicæ pro repræsentandis „cœli motibus Sphæræ inventione Nausicaæ,

„eam

„eam verosimillimum putans ab Argonautis,
„dum in Corcyra morarentur, accepisse Nau-
„sicaam, quibus nimirum ante elaborata fo-
„ret a Chirone, atque Orpheo ad longæ na-
„vigationis usum. Ita ipse pag. 89. libri, Pa-
„risiis impressi an. 1728. *La Chronologie des*
„*anciens Royaumes corrigée*; testem adhibens
„(quod spectat ad Sphæræ inventionem) Sui-
„dæ textum, supra memoratum. In eo mi-
„rum est Clarifs. Virum cœcutiisse, cum Sui-
„das Athenæum illic, quod alibi etiam facit,
„exscribens, eumdem sibi dicti sui fidum in-
„terpretem paret, apud quem ex ipso Agal-
„lidis testimonio, ut vidimus, Nausicaa in-
„ventrix proditur sphæræ ludicræ, qua re-
„giam illam puellam ex Homero admodum
„valuisse, mirum pariter est, Nevvtonum
„ignorasse. Sed ad nostram hanc admiratio-
„nem augendam vel maxime facit, quod ip-
„semet Suidas in voce Σφαῖρα, idem repetens
„de Nausicaa, mox subjicit vocem Σφαιρίζω,
„*pila ludo*, unde Suidas ipsemet priorem vocem
„absque interpretis ope explicasse comperi-
„tur. Insignis hujusmodi hallucinatio, tanto
„Viro fuit quodammodo basis ad figendam
„Argonauticæ expeditionis Epocham ex cœ-
„lestium signorum positione, quam, Argonau-
„tis ad Corcyram appellentibus, obtinuisse,
„confidenter affirmat. De hoc viderint Astro-
„nomicæ disciplinæ periti, inter quos forte
„non

„non deerunt, qui Nevvtonianam opinationem ad Alcinoi Apologos amandent. Unum „addo, Nausicaæ in pilaria lusione præstantiam, quam celebriorem adhuc reddit judicium ex Aulo Gellio, inferius proferendum, inter Homericos de ea versus, & Virgilianos de Didone, optime exploratam habuisse Cœlium Rhodiginum, Vossium, Casaubonum, Meursium, Souterium, ac alios, „quotquot de Veterum ludis tractatus ediderunt, demum Lexicorum Historicorum, „quæ omnium manibus passim teruntur, nuperos Auctores; adeo ut soli Nevvtono „(quod ego quidem sciam) eam ignorasse „contigerit, & pro pila ludicra Sphæram „mechanicam comminisci. Utinam Eruditi „utrumque Homeri poema frequentius volverent, quo fieret, ut in mythici temporis „Heroum moribus, & institutis explicandis „tutius pedem figerent, ac propterea non „adeo multa in eo argumento seu ignorarent, „seu peccarent, quod ipsis non raro usuvenire præsens hic libellus ostendit.

„*Pag.* 140. AUCTOR INDICIS BIBLIOTH. „COISLINIANÆ. Facilius æquus Lector ignoscat juveni Ascetæ, Indicis in Bibliothecam „Coislinianam, a Bernardo Montfauconio „summa more suo diligentia recensitam, concinnatori, quod Alcinoo Phæacum regi, „Nausithoi filio, Tractatum cujusdam Alci-

„noi

„noi Platonici, περὶ τῶν Πλάτωνος δογμάτων,
„*de Platonis dogmatibus*, adſcripſerit. Palma-
„rium quidem ſphalma. Nam refertur ille
„Scriptor a Viris doctis ad initia ſecundi a
„Chriſto nato *Sæculi*, ac proinde mille ter-
„centos circiter annos poſt Alcinoi regis tem-
„pora. Verumtamen iſtud ſive ex inſcitia
„(quod vix crediderim) ſeu ex præpropera
„in ſcribendo feſtinatione (quam probant
„alia in eo Indice perperam poſita) admiſ-
„ſum, leve videatur præ mendaciis illis, ex
„quibus tota Andreæ Marmoræ narratio fa-
„cta eſt, Alcinoi inſtar Apologorum, quales
„*Nec pueri credant, niſi qui nondum ære lavantur*.
„*Pag.* 153. EZECHIEL SPANHEMIUS. Co-
„loniarum cum antiqua earum patria in num-
„mis inſignium communionem pluries atti-
„git, & commemoravit in Opere *de Præſtan-
„tia, & Uſu Numiſm. Antiqu.* Ezechiel Span-
„hemius; at plenius, & accuratius in Diſ-
„ſertat. IX. ubi minus accurate ab Joh. Har-
„duino *Num. pop. & urb. illuſtr.* dictum ſcribit,
„ideo ſculptum in Corcyræorum nummis Pe-
„gaſum, Corinthiorum inſigne, quod Cor-
„cyræi, Corinthiique fuerint ſocii. At, *Cor-
„cyræi omnino Corinthiorum coloni*, ſubdit
„Spanhemius. Verum enimvero ſi allata
„Strabonis, & Apollonii Rhodii verba atten-
„tius conſiderentur, Corcyræi non ita Co-
„rinthiorum coloni extitiſſe exiſtimandi ſunt,

„quin

„quin una pro eorum sociis haberi potuerint. „Apollonius siquidem tradit eos in Corcyram „adventantes, Colchorum (quod clarius ex- „plicat Scholiastes) Strabo autem, Liburno- „rum sedes occupasse: neuterque expulsos in- „de primævos Insulæ habitatores, indigenas „nimirum Phæacas, significat: quo fit, ut ii, „quemadmodum antea Colchos, in socios, & „concives, potius quam in conditores, & pa- „rentes, ex Apollonio, & Strabone Corin- „thios recepisse videantur. Ex Apollonio, „inquam, & Srabone; nam apud Thucydi- „dem (ut mox videbimus) nec ipsi Corcy- „ræi se Corinthiorum esse colonos diffiten- „tur. De Colchis visum est superius. Libur- „ni vero an ex posteris Phæacum fuerint, an „pulsis Phæacibus locum occupatum ad id „usque tempus tenuerint, incertum dicit Em- „mius in *Descript. Reip. Corcyr.* At eorum no- „mine Colchos ipsos venire, ut hac ratione „omnino inter Strabonem, & Apollonium „conveniat, arguo ex illis ejusdem Apollonii „*Argonaut.* IV. navigationem Argonautarum „per Hadriaticum describentis,

„. . . τὰς δ' ἀπέλειπον ὅσαι Κόλχοισι πάροιθεν
„Ἑξείης πλήθοντο Λιβυρνίδες εἰν ἁλὶ νῆσοι.

„. . . illasque reliquerunt quotquot Colchis antea
„Ex ordine plenæ erant Liburnides in mari insulæ.

„*Pag.* 161. JOANNES HARDUINUS. Demum „Corcyram pro antiqua patria ab Apollonia- „tis

„tis, & Dyrrachienſibus habitam adſtruunt, „ut diligenter obſervat Spanhemius in laudata *Differt.* IX. nummi eorum populorum „cum iiſdem typis in utraque area, qui in „aliquot Corcyræorum nummis etiamnum „conſpiciuntur, ſcilicet quadrata areola cum „fructibus, & bove cum lactente vitulo. „Quod ſpectat ad Apolloniam, id ipſum „confirmo ex navi, quæ in quodam illius „nummo, Patino, & Harduino teſtibus, viſitur, quam notum Corcyræorum ſymbolum fuiſſe, ſuperius dixi. Nonnium, Goltzii „interpretem, carpit Spanhemius, quod nihil in prioribus typis viderit; multo potiori jure carpendus Harduinus, qui in poſteriore tam Apollonienſium, quam Corcyræorum, navim pro generico felicitatis ſymbolo accepit, nihil prorſus habens de navali gloria, qua Corcyræi excellebant, ad „quam connotandam, certum eſt, eos navis „inſignia in monetis uſurpaſse. Nummum, „in quo Apolloniatarum nomen legitur, affert Marmora; at eum ad Corcyræos ſpectare, minime probat.

„*Pag.* 174. BERNARDUS MONTFAUCONIUS. „Corcyræorum donariis, de quibus in capite „proxime præcedenti, conjungi poſtulat vetus Donationis tabula, & ipſa incertæ ætatis; & ipſa ſingulare antiquitatis monumentum, quam in Corcyra inſula repertam

„V. Cl. Apoſtolus Zenus dono dedit Vene-
„tiis anno 1701. V. Cl. Bernardo Montfau-
„conio. Eam itaque hic afferemus ex Dia-
„rio Italico ejuſdem, primum cum ipſo ad-
„notantes, legentibus obviam fieri in hac
„Inſcriptione Doricam dialectum, ſed uſu
„Corcyræorum paulum vitiatam, ſcilicet cum
„multis idiotiſmis, qui aliquam (ſi ita loqui
„licet) Corcyræitatem ſapiunt; obvios item
„fieri menſes Machanem, & Euclium, qui
„cum Macedonianis, paſſim apud Græcos
„uſurpatis, non conſentiunt; obvios denique
„Dionyſiacorum quoſdam ritus, & præcones
„ſtantes ad currus, cum aliis bene multis,
„quæ prudens Lector deprehendet. At ni-
„hilo minus prudens Lector in Montfauco-
„niana ejus Inſcriptionis verſione deprehen-
„det ſenſum Donationis ita labefactatum,
„ut neceſſe habeat fateri, ſe nihil in eo in-
„telligere. Donant urbi Corcyræorum, &
„Baccho in mercedem operariorum, ad Dio-
„nyſiaca quotannis celebranda, Ariſtomenes
„argenti Corinthii minas ſexaginta, & toti-
„dem Pſyllas, ut in primis tabulæ lineis ha-
„betur, poſt quas verſio mox ſubjicit, *Utque
„ad uſuram dentur centum octoginta minæ, &
„fœnori tradantur eadem centum octoginta mi-
„næ. Tranſacto anno poſtquam centum octo-
„ginta minæ ad uſuram traditæ fuerint &c.*
„Cum centum tantum, & viginti minæ ero-
„gatæ

„gatæ fuerint, ut dictum est, ab Aristome-„ne simul, & Psylla, ignorat prorsus Lector, „unde illæ centum, & octoginta repente „progignantur; ignoratque pariter discrimen, „quod intercedat inter priorem phrasin, *ad* „*usuram dentur*, & posteriorem, *fænori tra-*„*dantur* eædem centum octoginta minæ. Au-„get sententiæ obscuritatem, quod legitur „sub medium Inscriptionis, ubi Corcyræi „Senatus refertur decretum de pecunia ab „Aristomene, & Psylla contributa, ad usu-„ram tradenda; nam Interpretis hæc sunt „verba: *Cum autem revoluto tempore prædictæ* „*centum octoginta minæ annuum fænus produ-*„*xerint; aliaque centum octoginta minæ in* „*fænus pariter datæ fuerint, exacto anno post-*„*quam centum illæ & octoginta minæ ad usu-*„*ram locatæ fuerint &c.* Putarem ipse tam „Donationis, quam Decreti sententiam fa-„cile patere, si Græca verba alio modo, & „quidem fidelius vertantur, priore scilicet „loco, ὡς δὲ καὶ γένωνται τοκιζόμεναι μναῖ ἑκατὸν „ὀγδοήκοντα, καὶ ἐκδανεισθῶντι αἱ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα „μναῖ. παρελθόντος ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸ ἐκδανισθῆναι τὰς „ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μνᾶς, vertatur, *Cum autem* „*minæ* (centum viginti) *traditæ ad usuram*, „*evaserint centum octoginta, & hæ centum* „*octoginta fænori dentur, ac revoluto anno post-*„*quam ad usuram datę fuerint*, tunc mittat „urbs secundum legem Agonothetæ ad sol-

„vendam operariorum mercedem, & cele-
„brentur Dionysia. Eodem pariter modo
„emendanda venit versio posterioris loci, in
„qua *alias centum octoginta minas* Interpres,
„de suo veluti thesauro prolatas, inducit.
„Qua posita emendatione sententia Donatio-
„nis, ac Decreti clare perspicitur; nec non
„quid sibi velit, quod in tabulæ initio legi-
„tur, Αγέτω δὲ ἀπὸ Κορινθίαν μνᾶν πεντήκοντα,
„ἀπὸ τῶ τόκω τῶν τριῶν ταλάντων μισθώμενα,
„*Conducant autem ex minis Corinthiis quin-*
„*quaginta, a trium talentorum fœnore expres-*
„*sis*. Tria talenta sunt illæ ipsæ centum octo-
„ginta minæ fœnori datæ, cum sexaginta
„minæ, ut notum est, Atticum talentum
„(minus scilicet) efficiant. Usura autem
„quinquaginta minarum inde expressa, gra-
„vis quidem videri posset; sed nauticam
„usuram, quæ omnium gravissima, Corcyræ
„magnopere in usu fuisse, probabile reddi-
„tur tam ex Insulæ situ, quam ex more
„gentis, navigationi, & commercio maxi-
„me deditæ. Artemisius mensis, cui Ma-
„jus noster, maritimis mercimoniis maxime
„idoneus, respondet, in quo tabula præscri-
„bit ad usuram tradi legatam pecuniam, &
„ipse indicat, in ea nauticam potius, quam
„aliam usuram intelligi -- *Et Pag.* 199. Eam
„Inscriptionem adeo pretiosum Græcæ Anti-
„quitatis monumentum Montfauconius re-
„puta-

„putavit, ut in *Tomo* v. *Antiqu. Expl. pag.* 5.
„*Supplem.* illam comparaverit cum duabus
„aliis celeberrimis, quæ in *Marmoribus Oxo-*
„*niensibus* occurrunt; Pacta scilicet inter
„Smyrnam, & Magnesiam inita; & Chro-
„nica, ubi præcipue partes Historiæ descri-
„buntur cum temporum notis: tribusque istis
„Inscriptionibus in exemplum allatis osten-
„derit, per id generis documenta doceri nos
„aliquando multa certius, & accuratius, quam
„per ipsos Historiarum Scriptores. Utinam
„licuisset Viro Cl. eamdem defœcatiorem
„exhibere, ac propterea versionem etiam ma-
„gis sinceram adornare; saltemque datum il-
„li fuisset ad primas ejusdem lineas animad-
„vertere, non agi in ea de donatione facta
„*urbi Corcyræorum & Baccho in mercedem ope-*
„*rariorum*, sed de donatione facta *urbi Cor-*
„*cyræorum in mercedem histrionum Bacchi*.
„Τεχνίτης histrionem, seu actorem scenicum
„significat aliquando, ut apud Latinos Ar-
„tifex. Dionysiaci Artifices, Διονυσιακοὶ τεχ-
„νῖται, memorati reperiuntur a *Pol. lib.* III.
„*cap.* 30. apud quem ejusdem capitis initio
„ita conjunguntur ἀγωνοθέται & Ἀθλοθέται,
„ut clare indicetur, non gymnicorum tan-
„tum, sed musicorum etiam ludorum arbi-
„tros tam primo, quam secundo nomine ve-
„nire; idque extra dubietatem habendum esse
„animadverto ex Inscriptione nostra Corcy-
„ræa.

„*Pag.* 184. BERNARD. MONTFAUCONIUS.
„Prolixiori huic, & præclarissimæ Inscriptio-
„ni coronidem primum imposuit Montfau-
„conius exhibito numismate, in cujus facie
„legitur nomen Aristomenis, in aversa par-
„te Κορκυραίων cum navi; deinde alias viginti
„quatuor multo breviores pariter ex Aposto-
„li Zeni dono socias fecit, quæ huc non fa-
„ciunt. Unam tantum ex ipsis in medium
„afferam, expurgatam mendis illis, quibus
„apud Montfauconium scatet, ex Cyriaco
„Anconitano, & præterea ex Holstenio in
„*Not. ad Steph.* verbo Σχερία. Ea utrobique
„ita se habet; nisi quod pedem unum, quem
„in primo versu deesse nec Cyriacus, nec
„Holstenius animadverterunt, ipse supplevi,
„implevique lacunam, quæ in sexto versu
„apparebat, atque aliis locis, necessitate co-
„gente, manum medicam leviter adhibui:

„ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΣ ΕΤΩΝ ΚΓ

„Πυνθανέαι τίς καὶ ἐφύλω, ξένε, τίς κ' ἐγενήθλω;
„Ω παροδῖτα μάθε, ςὰς ὀλίγον πρὸ τάφων.
„Γεννᾷ μὲν Γλαῦκος με πατὴρ, τίκτει δέ με μήτηρ
„Χρυσογόνη, καὶ μεῦ δύσμορος οὐκ ὄνατο.
„Τήλοθι γὰρ πάτρης Βειθύνιδος ὤλεσα θυμὸν,
„Ναυτιλίῃ κενεῇ, νηΐ τ' ἐμῇ πίσυνος.
„Κεῖμαι δ' ἐν Σχερίῃ παρὰ θεῖν' ἁλὸς ἠνεμόεσσαν.
Υςατα, λυγρὸν ἐμοὶ δερκόμενος πέλαγος.

„Quæ ipse, cum eorum versio apud prædi-
„ctos Auctores desideretur, in hunc mo-
„dum

„dum Latine transfero.

„BASILIDES ANNOR. XXIII.

„*Quæris quis fuerim, quibus atque parentibus ortus?*
„*Disce, Hospes, paullum stans propius tumulos.*
„*Glaucus me genuit, peperitque Chrysogona mater,*
„*Ex me autem lucri nil retulit misera.*
„*Namque animum amisi patria a Bithynide longe,*
„*Nave mea incassum fretus, & artis ope.*
„*In Scheria tandem ventosi ad littora ponti*
„*En jaceo, spectans triste mihi pelagus.*

„Montfauconius autem dum aliter vertit au-„gurando, oportet in illa interpretatione „eum non Davum fuisse, sed Oedipum; qua-„lem profecto minime se exhibere voluit Epi-„tomator Athenæi, qui cum in quoddam ve-„tus Epigramma incidisset, & ipsum ad Nau-„tam spectans, mendis omnino deforme, ab „illo exscribendo abstinuit, ου μετέγραψα, in-„quit, ingenue confessus, se in illis versicu-„lis non multum intelligere. Ita Casaub. „*Anim. in Athen. lib.* VII. *cap.* XIX. Acutam „Montfauconii perspicientiam, atque soler-„tiam in exponendis verbis, ubi nulla, aut „prorsus evanida veræ lectionis vestigia, Le-„ctor multo magis admiretur, quam Inter-„pretem latuisse, Inscriptionem illam alibi „absque mendis editam fuisse. Ea Inscriptio „in Corcyræ insula reperta haud parum con-„ducit ad abstergendam labem illam, qua „ab aliquibus notatum reperimus Cyriacum

„Anconitanum, perinde ac si suo marte In„scriptiones, quas affert, velut alter Annius „Viterbiensis, confinxisset.

„*Pag.* 186. BERNARD. MONTFAUCONIUS. „Alterius Epigrammatis mentionem fieri pu„tat Montfauconius in decima nona ex illis „viginti quatuor Inscriptionibus; aitque, il„lud excidisse. In eo lapide, Hadriano Im„peratori dedicato, hæc leguntur: ἡ πόλις „τῶν Αβεατῶν καὶ τὸ τῶν Αχαιῶν δόγμα ἀνέθηκε „ἐπίγραμμα. Verosimilius reputarem, epigram„ma ibi memoratum esse ipsam Inscriptio„nem, positam in honorem Hadriani a popu„lo Abeatum; siquidem ἐπίγραμμα vox est, „quæ idem sonat ac ἐπιγραφὴ, seu *inscriptio*, „& promiscue utraque in veteribus lapidibus „adhibetur. Quin apud Pausaniam frequen„tissime occurrit phrasis, ἀνέθηκεν ἐπίγραμμα „quæ nil aliud significat, nisi *titulum*, seu „*inscriptionem posuit*. Strabo *lib.* IX. & A„then. *lib.* X. laudant Philochori Athenien„sis librum περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων „*de Inscriptionibus, quæ per urbes* Græciæ *vi„suntur*; nec non Ælianus *var. Histor. lib.* VII. „*c.* IV. reprehendit Poliarchi luxuriam, qui „canibus etiam, & gallinis, quibus fuerat „delectatus, sepulchrales columnas erigebat, „atque in iis ἐπιγράμματα incidebat. Exem„plum hujuscemodi epigrammatis, columel„læ insculpti, exhibet Theophrastus *Charact.*

„c.

„c. XXII. Κλάδος Μελιταῖος, *Surculus Meliten-*
„*sis*; qua Inſcriptione homo inepte ambitio-
„ſus mortuum catellum honoravit. Pariter
„a Montfauconio diſsentio, dum, nomina-
„tam in ea Inſcriptione, urbem Abeatum
„ſtatuit in Achaja, non vero in Meſseniæ
„littore; quemadmodum facit Ptolomæus,
„aliique Geographi. Pauſanias quoque in
„*Meſſen.* qui præterea notat, eam ſua æta-
„te vocatam fuiſse Ιρὴν (ut vocata reperitur
„a Strabone *lib.* VIII.) unamque eſse ex ſep-
„tem civitatibus Achilli oblatis ab Agamem-
„none. Verum quidem eſt, veteres Latinos
„ſcriptores Achajæ nomine non ſolum Acha-
„jam proprie dictam, ſed univerſam Græ-
„ciam, ſeu majorem ejus partem, quæ Hel-
„las dicebatur, complexos fuiſse; at credi
„non debet, accuratum Criticum, Abeatum
„ſedes figentem, Achajam generice dictam,
„non vero Achajam provinciam, reſpicere
„debuiſse. Nemo ſibi ægre perſuadebit, of-
„fendiculo Viro doctiſſimo fuiſse verba illa
„Inſcriptionis, κατὰ τὸ τῶν Ἀχαιῶν δόγμα. Aliud
„autem eſt, Abeates lapidem illum ſacraſ-
„ſe Hadriano *juxta Achæorum decretum*; aliud,
„eorum civitatem eſse in Achaja ſitam. De
„Concilio Achaico, & quomodo quamplu-
„res Græciæ civitates, quæ in ejus cenſum
„venerant, in commune ibi conſulerent, le-
„ges ferrent, lites dirimerent, bella decer-

„ne-

„nerent, pervulgatior res est, quam ut ul-
„lis indigeat commentariis. Voluissem uti-
„que in hoc libello non alia, quam hono-
„ris, causa nominare V. Cl. Bernardum Mont-
„fauconium, cujus immensam doctrinam vel
„a teneris unguiculis immensa prosecutum
„me fuisse veneratione profiteor. Si quæ igi-
„tur (& ea quidem minima) in Montfauco-
„nianis dictis adnotanda censui, sciat unus-
„quisque, me haud propterea ignorare, quid
„sit, suo se pede, ac modulo metiri. Viro
„huic excellenti (ut hoc etiam addam) præ-
„sertim debetur, quidquid prophanæ anti
„quitatis, ac mythologicæ eruditionis in hoc
„libello Lector deprehendet. Is enim, si quis
„alius, a primis illis annis mihi inculcabat,
„ea studia ad sacrarum rerum cognitionem
„parandam, Græcosque Patres intelligendos
„cum necessaria esse, tum opportuna. A qua
„ipsa sententia Virum doctissimum multa
„cum voluptate reperio veluti auspicatum
„fuisse magnum Opus, in quindecim Volu-
„mina distributum, ab antiquariæ rei studio-
„sis auro contra æstimandum; qua ratione
„pariter æstimanda veniet *Bibliotheca Biblio-*
„*thecarum*, quam his ipsis diebus, quibus hæc
„scribo, eumdem evulgasse, ejus me literæ
„docuerunt.

„*Pag.* 191. ANTONIUS GALLAND. Ni-
„mius essem, si singulos Nummos, a Mar-
„mo-

„mora allatos, discutiendos susciperem, & „quæ ille in eorum explanatione peccavit, „adnotarem. Imperiales, seu Augustorum „incipiunt a Nummo, in quo M. Antonii, „& Octaviæ icones simul conjunguntur, & „in aversa parte Corcyræorum nomen ex- „primitur hoc pacto M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΟΚΤΑ- „ΒΥΑ ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Refert Marmora hoc „Numisma ad nuptias Antonii cum Octa- „via, quas Corcyræ contigisse scribit ex Xi- „philino in *Dionis Epitome*; at ex Xyphilini „textu id minime arguitur, & præterea a- „dest textus satis apertus Plutarchi in *Vit.* „*M. Anton.* de iisdem nuptiis Romæ firma- „tis, pariter in Appiano *de bel Civil. lib.* V. „Hujus Numismatis, in Musæo etiam Fu- „coltiano exstantis, habemus diligentem ex- „planationem in Tom. III. libri *Histoire de* „*l'Acad. Royale des Inscr. & bel. let.* pag. 210. „& seqq. ibique Antonius Galland recte ani- „madvertit, Corcyræos, non mandante M An- „tonio, sed sponte sua eumdem cum Octa- „via cuso Numismate honorasse; cum pro- „babile sit Antonium, trajicientem in Græ- „ciam, aliquo tempore cum Octavia Cor- „cyræ substitisse. At non recte hæsitat quo- „dammodo Clarifs. Auctor in asserendo M. „Antonii, & Octaviæ ad Corcyram acces- „su, ad Romanorum morem unice confu- „giens, qui, ex Italia in Græciam trajicien-

„tes,

„tes, ad eam insulam appellere solebant; „nam præsto esse poterant eidem manifesta „Dionis, præstantissimi Romanæ Historiæ „Scriptoris, testimonia, quibus ipse firmius, „quam Romanorum consuetudini, innitere- „tur. Etenim ad calcem lib. 11. hæc habet: „Ἀμέλει καὶ τὴν Οκταουίαν αὐτὴν εὐθὺς ἐκ τῆς Κερ- „κύρας ὁ Αντώνιος ἐς τὴν Ιταλίαν, ἵνα δὴ μὴ συγ- „κινδυνεύσῃ οἱ τοῖς Πάρθοις πολεμοῦντι, ἀπέπεμψεν. „*Octaviam quidem Antonius statim à Corcyra „in Italiam remisit, ne sui in Parthico bello „periculi consors ei foret*. Et lib. 1. Antonium „ad Italiam cursum intendentem, Corcyram „primum advenisse scribit. Non erat igitur, „cur Plutarchi silentium Virum Cl. dubium „redderet de re ex Dione omnino comperta. „Dubium etiam se exhibet in assignanda cau- „sa, cur M. Antonii icon lauro coronata in „eo Numismate repræsentetur, & conjectu- „ram suam profert de victoria, ab eodem si- „mul cum Augusto adversus Brutum, & Cas- „sium relata. At triumphus Alexandriæ a M. „Antonio summa pompa actus, exiguo tem- „pore antequam Corcyram adiret, & ipse di- „ligentis Critici obtutum effugere minime „debuisset. Verum quidem est, M. Antonium „infenso animo tunc temporis erga Octaviam „fuisse, quin ipsam repudiasse; at non prop- „terea a verisimilitudinis specie abhorret, „Corcyræos, Octaviæ nominis addictissimos, ho-

„honores, quibus antea illam afficiebant, in-
„tegros eidem etiam post libellum repudii
„servasse. Fuit fortasse Corcyræis idem sen-
„sus, ac Romanis, qui teste Plut. in *Vit. M.*
„*Ant.* indignissime ferebant, Cleopatram Octa-
„viæ a M. Antonio præferri, καὶ μᾶλλον οἱ
„Κλεοπάτραν ἑωρακότες οὔτε κάλλει τῆς Οκταβίας,
„οὔτε ὥρᾳ διαφέρουσαν, & *maxime hi, qui Cleo-*
„*patram viderant, neque forma, neque ætatis*
„*flore Octaviæ præcellentem*. M. Antonium
„igitur, & Octaviam semel iterumque Cor-
„cyram advenisse, nulla adest dubitandi ra-
„tio; at magnopere dubitandum de illo in
„ea Insula Octaviæ domicilio, quod eidem
„M. Antonium, dum Parthicum bellum ge-
„reret, literis ad eam datis, imperasse scri-
„bit Marmora; quandoquidem, ut prodit
„Plutarch. non Corcyræ, sed Athenis ab An-
„tonio Octavia literas recepit, quibus ei in-
„jungebat, αὐτόθι προσμένειν, *ibi subsistere*,
„Athenis scilicet.

Condonabit mihi Lector, ut spero, proli-
xam harum Animadversionum recensionem;
depromptæ enim illæ sunt ex libro, ante
quem, ut verum fatear, librorum meorum
amo neminem, quemque ut appellare in mo-
re habeam *Corculum* meum, efficit vel ipsum
Corcyræ vocabulum. Fœtus est ille suavissi-
morum studiorum, quibus Florentiæ præerat
Salvinus. Salvino propterea debetur, quod
„ejus-

ejusdem libri causa Vulpius Poeta Hendecasyllaborum suorum initio compellare me in hunc modum dignatus fuerit,

Quirine, o decus Adriæ, reposta
Archæa Pater Eruditionis,
Non tot Alcinoi fuere in hortis,
Quos Corcyra sinu beata quondam
Fovit, deliciæ; quot in Libello,
Quem misti mihi munus aureo isto &c.

Eidem quoque Salvino, nullo autem pacto mihi, debetur, quod nuperrime Vir Cl. Jac. Guil. Feverlinus, Goettingensis Academiæ lumen, accepto quorundam librorum meorum dono, de Corcyræ Primordiis humanissime in hunc modum pronunciaverit, *Quæ vel sola, & prima per totam Europam Tibi immortalis nominis gloriam compararunt*. Narrat Card. Augustin. Valerius in Commentario de rebus ad se pertinentibus inter libros a se conscriptos, & ab aliis passim, ut ipsemet refert, collaudatos, unum fuisse, quem valde probasset Rob. Bellarminus, *Sed laborem illum meum*, subdit, *diligere ego nunquam potui, ita fit, ut quemadmodum deteriores filios interdum parentes diligunt magis quam bonos, ita minus bonos libros pluris faciamus, quam elegantes, & magis utiles.* Ego contra libelli mei, de quo agitur, non quidem elegantiam, & utilitatem commendo, sed hoc tantum profiteor, jucundissimam mihi esse ejusdem memoriam. An autem prorsus sincere

re Salvino, & Florentiæ laudes tribuam, quibus meum eundem libellum Viri Eruditi decorarunt, nemo in dubium vocabit, qui animo revolvat ea, quæ pluribus Commentariorum istorum locis affirmavi, quam maxime vero Tom. I. p. 18. hisce verbis, *Qui enim fieri potuisset, ut, cereus in vitium flecti, Venetiis, seu Patavii agens, & consanguineorum ibidem assidua consuetudine implicatus, seriam operam in literis collocarem?* Addam modo, eas ipsas laudes, post Salvinum, & Florentiam, aptari vel iis Viris posse, quorum dicta meis illis Animadversionibus expendere suscepi. Horum siquidem (Spanhemium iis accensui, quod visum & ipsum a me fuisse animo fingere valeam ex causa superius allata) benevolentia, & consuetudo, eam mihi supellectilem ministrasse, seu auxisse censenda est, dum iidem doctæ Hellados campos cursu transmittenti calcaria subdiderunt. Quare pro certo habeo, Viros eosdem, si caput ex inferis attollerent, ausibus meis illis plausus daturos, potius quam ipsos pœniteret studiis meis, Græcanicis præsertim, magnopere favisse. Nec enim vereor, ne ad memoriam suam vellent ii potius revocare Syllæ, Optimates Romanæ Reip. de Julio Cæsare monentis, dictum illud, *Ut male præcinctum puerum caverent*, in quos scilicet Cæsar adulta jam ætate dominatum occupavit. Utebatur iste, etiam adolescens, fluxiore cin-

cinctura. Ego contra, dum inter Eruditos Bataviæ, & Angliæ versarer, astrictiorem amictum, deposito Monastico, sumere necesse habui. Video me rem istam parvam, & ludicram memorando, ad ineptias abiisse. Veniam tamen peto paulo plus nugandi, ut referam, Giraldum Equitem, & Ballivum S. Stephani, publica Cosimi III. Magni Etruriæ Ducis negotia Londini procurantem, Grimano Legato Veneto, mihique ipsi aliquando risum movisse, quod observasse se affirmaret, me, dum amicorum colloquiis præsens adessem, manibus meis quodammodo impediri, quod assuetus sub Scapulari eas abdere, incertus tunc forem, quo easdem loco reponerem. Festivam hujuscemodi narrationem se a Giraldo accepisse testatus mihi est comiter ludens Cardinalis Corsinus, qui ad regiones illas, paulo post meum ex ipsis discessum, itineratus est, eo ipso insigni munere a Cosimo III. ornatus, quod gessisse Cives suos Giraldum, Rinuccinum, & Bardum suis locis memoravi. In eodem obeundo enituit Corsinus non agendarum tantum rerum peritia, sed bonarum etiam literarum studio; nam certo novi vacasse tunc ipsum, inter cætera, Tillemontii Commentariis perlegendis, multaque inde diligenter excerpsisse, haud parum profutura vitæ instituto, ad quod post tria circiter lustra divino consilio fuit evocatus.

CA-

CAPUT VII.

De frequentibus ad Romanam Urbem aditionibus, colloquiisque ea occasione habitis cum Pontifice tam intra sesquiannum, de quo in superiori Capite, quam intra annum MDCCXXXVI. *huic Capiti propositum, deque Card. Corsini benevolo animo, præsertim ex causa Sedis Apostolicæ utilitates procurandi, ac tandem de cura impensa in Editionem Veterum Patrum Brixianæ Ecclesiæ, & de oblato S.[ti] Suæ I. Tomo Syr. Lat. Operum S. Ephræm.*

QUamvis, ut initio proxime superioris Capitis dixi, jucundissimum mihi fuerit Roma post depositam provinciam, quæ me ibidem per sesquiannum detinuerat, Brixianam meam Ecclesiam revisere, cujus servitio, politicis curis omnino vacuus, totum me dederem, nihilominus & post illum sesquiannum, & intra reliquum tempus, quo Clemens XII. supervixit, haud unquam destiti Romanum iter frequentare, quod Bibliothecæ Vaticanæ cura, studiumque Sacras Ædes, quas superius nominavi, magis, magisque exornandi, frequentiam meam illam omnino deposcerent. Hanc ipsam valde gratam Pontifici accidere toties ex ejus colloquiis dignovi, quoties ad ea me benevole admittere dignabatur. At æque compertum mihi evadebat, eundem ægre admodum laturum, si curæ utræque illi liberius

vacaturus, de Sponsa mea relinquenda cogitarem. Ingredientem itaque ad ipsum hisce me verbis aliquando clementissime compellavit, *Qual nuova ci dà Ella dei suoi grand' Altari tanto di Brescia, che di Roma?* Cui percunctationi dum pluribus satisfacerem, gaudebat haud parum Senex Optimus interseri a me subinde sales, seu jocos aliquot. Hujusmodi fuit, quod superius retuli de incertis Cardinalis Zondodarii consiliis, antequam quidquam, etsi jamdiu animo suo constitutum, exequi moliretur. Hujusmodi etiam, quod statim absque ullo fuco narrabo. Affirmavi semel Sanctitati Suæ, magnam mihi occasionem Aras meas sive Brixiæ, sive Romæ constructas magnifice jactandi accessisse ex recens lustrata Æde S. Joannis de Laterano, in qua attentis oculis observaveram Sacellum, utique prænobile, Sanctitatis suæ sumptibus S. Andreæ Corsini honori ædificatum, atque in eo Aram locatam, quacum meæ illæ, de raritate præsertim marmorum, jure contendere posse viderentur. *Cosa avrebbe Ella voluto*, subdit Pontifex, *che si facesse di più in quell' Altare?* Optassem, reposui ego, ut candidum marmor Carrariense nusquam in illo compareret, quum tamen unice compareat in suprema ipsius fronte; Optassem, ut in meditullio ejusdem frontis, quo loco Crux ærea auro variata consi-

fiſtit, non quidem priſci viridis marmoris, lamina, cujuſcemodi ibi appoſita viſitur, ſpectandam ſe dediſſet, ſed alia marmoris multo rarioris, ac pretioſioris, quod *Lapislazuli* nuncupatur. Meis illis in Aris, ſubdebam, nec digitum Carrarienſis marmoris extare, viridis autem quaqua verſus copiam in ipſis abundare. Contriſtari quodammodo ex comparatione illa Pontificem quum perſentirem, haud moratus ſum eidem cauſam explicare cur fronti illi ſupremæ candidum marmor vice verſicoloris aptari debere operis artifex forte conſultius exiſtimaſſet, quo ſcilicet ea frontis pars ſcite colligaretur cum pari ornamento totum Sacellum ambiente, & æque diſſito ac faſtigium illud ab ejuſdem ſolo. Hæc dicens, animum Pontifici relevare mihi videbar; ſtatim enim ille ſubjunxit, *Vede dunque lei eſſervi ſtata la ſua ragione di uſar il marmo bianco in quella parte di Altare, e la ragione poi di non aver uſato il lapislazolo nel luogo ove ſta la croce altra non è ch' il non poterſene rinvenir in verun conto.* Atqui, dixi ego, mercem tamen hujuſmodi naturæ advehendam Venetiis pro meis Aris ipſe curavi, eaque in iſtis, gemmæ inſtar, collucet. Gloriam hanc meam irriſit quodammodo Pontifex, ſibique ludos a me præberi reſpondit, *Mentre da Venezia*, inquit, *vengono le oſtriche, non il lapislazolo. Ha Ella altro da criticare nella Ca-*

pella? Fatebor, repoſui, quoniam Sanctitas Tua ad libere protrahendum de hoc argumento ſermonem me provocat, in emblematis ex calce, & gypſo confectis, quibus renidet Lateranenſis Sacelli laqueare, aurum non ita ſplendeſcere, ac emicat illud, quo paria ornamenta laquearis Eccleſiæ S. Gregorii illinenda ego nuper curavi. *Avrà dunque*, ait S. Pater, *fatto venir anche l'oro da Venezia?* Placide tunc faſſus ſum, floridum Ædis S. Gregorii emblematum colorem unice deberi eorundem vetuſtati, perfecta ſiquidem ipſa jam fuerant ante annos circiter quinquaginta; dum contra Sacelli Lateranenſis emblemata, quod vix abſoluta auro illita fuiſſent, languidum præferre colorem neceſſe foret. *Ma io poi*, tandem concluſit Pontifex, *non poteva aſpettar che paſſaſſero i cinquanta anni prima di far indorare i miei ſtucchi*. Colloquia hujuſce generis, ut dixi, Sanctitas Sua haud dedignabatur mecum inire, quoties Romam reviſens ad ejus pedes deoſculandum accederem. Pari benignitate utens plura a me de Brixian Templi conſtructionibus ſciſcitabatur, qui tamen omitteret de Vaticanæ Bibliothecæ ſtatu aliqua etiam percontari. Poſtremum hoc, ut verum fatear, curſim dumtaxat attingebat, veritus, ut indicavi, ne inde anſam caperem deſiderium meum ipſi explicandi de Roma fixis laribus incolenda, quo jugiter Bi-

Bibliothecæ ejusdem commodis inservirem. Noram, quotquot sermonem de re ista ex ipsorum erga me benevolentia Pontifici aliquando movere conati fuissent, molestiam haud levem ejus animo creasse, hocque ab ipso responsum retulisse, *Fa più in un mese in benefizio della Biblioteca il moderno Bibliotecario quantunque assente, che non ha fatto presente in venticinqu'anni il suo Precessore.*

Benevolentia illa, supra cæteros omnes nostri Ordinis, ultra quam dicere valeam, complectebatur me Cardin. Corsinus, eandemque seu Romæ, seu Brixiæ morarer, ita multifariam testabatur, ut merito dixerim Cap. IV. hujus libri, ac rursus candide omnino modo profiteor, beneficia, quibus ille toto SS. Avi sui tempore me affecit, etsi e memoria sua exciderent, fore, ut meæ jugiter inhærerent. Brevi, postquam Romæ Oratoris Venetis vice perfunctus fuissem, ita ad me Brixiam scripsit, *Voglio sperare che possa servirle di consolazione, e respiro questa medesima aria di Montecavallo, che ha esperimentata altre volte poco giovevole*. Ancipiti mihi aliquantum, quidnam spes illa designaret, mentem suam idem Cardinalis hisce verbis exposuit, *In ogni tempo avrei sperato che V. E. avesse trovata benigna l'aria di Montecavallo, se si fosse degnata di respirarla, fuori che quando la forza degli argomenti metteva troppo alle strette chi non sentiva*

volontieri ciò ch' andava a ferire il proprio impegno; ma facilmente potevasi scordare di ciò, quando altri discorsi più geniali, e di trattenimento avessero succeduto nell' altre occasioni, che si sono più tosto da V. E. sfuggite, che incontrate, troppo ricordevole de i contrasti, e rincontri spinosi. In questo senso dunque io intendo che l' aria di Monte Cavallo spero le possa essere più benigna &c. Agit deinde de commutando, ope ejusdem benignitatis, Brixiano domicilio cum Romano; at statim subdit, *Se poi sua Santità sapesse il gran bene che fa alla sua Chiesa, e che io gl' avessi letta, o riferita la magnifica lettera Pastorale, si sarebbe certamente estesa nelle meritate lodi, ma sì difficoltarebbe così la richiamata alla Biblioteca per lo svantaggio che si accorgerebbe risultarne alla Chiesa. Non lasci per questo l' E.V. di applicarsi alla costruzione del gran Tempio, che le acquisterà un immortal gloria, non inferiore all' applauso, che ha riportato la Capella di S. Gregorio insieme col Quadro, e questo da per se stesso ancora. I lavori di S. Marco non sono per anche stati veduti da me, onde non posso mettergli del pari con quegli di S. Gregorio, ma dal di lei buon gusto, e pietà deduco quali debbano essere.* Illud ipsum, scilicet Sanctitatem Suam magis cupere *di vedermi impiegato a pro dell' anime nella mia Diocesi, che de i libri e Manoscritti Vaticani*; illud, inquam, magis etiam

etiam, magisque animum meum obfirmavit, ne Codicum illorum causa ad valedicendum Ecclesiæ meæ ullo unquam pacto prosilirem. Quod propositum meum quum apertis verbis eidem Cardinali semel declarassem, hic nihilominus, pro summa illa sua erga me humanitate, pristinum propositum suum minime abjecit; quare ita ad me scripsit, *Se si darà favorevole congiuntura, sarà ben mia cura il risvegliare in lei l'amore alla Biblioteca Vaticana, che il Duomo magnificentissimo di Brescia gli va diminuendo, come pure la quiete del Porto a fronte del Mare burascoso della Corte Romana, la quale però talvolta è Mare, e talvolta anch' essa è Porto, quando cessa la necessità di una scabrosa navigazione, come per me è la presente.* Suam illam erga me comitatem eo usque provexit Corsinus Cardinalis, ut se paratum exhibuerit, Pensioni tercentum Romanæ monetæ Scutatorum, qua ipse potiebatur super S. Benedicti de Leno Abbatia a me possessa, abrenunciare, *s' io credessi*, ait ipse, *che questa tenue somma potesse produrre la sua dimora in Roma*. Accidit etiam, ut ea ipsa naturæ suæ bonitate permotus, a meis aliquando potius quam a Patrui sui Sanctissimi partibus stare quodammodo visus fuerit, dum videlicet ita ad me scripsit, *Domandare per tornar a Roma non lo credo buon metodo; Per fabbricare la Cattedrale sì, e quando poi si è*

ottenuto si può tornare a Roma, quasi senza domandarne licenza, e di qua ancora assistere la fabbrica della Cattedrale. Scusi questa aria di libertà, che non pratico se non per contezza dell' ingenuità di quello con cui è praticata, che non può per conseguenza disapprovarla in altri. Innocua fraus ista a Cardinali Corsino solerter excogitata, *per quel sommo desiderio*, scribit ipse, *che nudrisco della sua Presenza, e della sua Opera non tanto nella Biblioteca Vaticana, quanto in queste Sacre Congregazioni, delle quali Ella sarebbe certamente, come lo è dell' Episcopato &c.* fraus, inquam, ista non aliunde profecta, quam ex ardore, quo idem Cardinalis flagrabat Apostolicæ Sedis utilitates procurandi, exclamare me adigit, Felices Pontifices, quibus obtingunt hujusmodi Nepotes, hujusmodi Administri, nihil scilicet magis cordi habentes, quam Romani Principatus emolumenta! Felices quotquot in Apostolicum Senatum adsciti, omniaque pro viribus suis studia ad tuendum, seu etiam augendum ejusdem decus conferentes, Patronos hujusmodi in Aulis eorundem Pontificum nanciscuntur, inde argumentum capturi propensius excolendi virtutes illas, quarum causa amplissimo gradu, quem obtinent, Romæ, & peregre, quaqua patet Orbis Christianus, digni dijudicentur! Cardinalis Corsini benevolentiam, & patrocinium non alia res magis, ut

ut reor, mihi conciliavit, quam candidus, rectuſque animus, quo ille omnium maxime intellexit pertractatum a me fuiſse negotium concordiæ inter Romanam Curiam, & Patriam meam inſtaurandæ. Re feliciter confecta hoc ab eodem Epiſtolium accepi die 19. Novembr. an. 1733. *Io non sò ſe più mi rallegri con V.E. o con me medeſimo delle fauſte riſoluzioni preſe dalla ſua Serma Repubblica ſopra il ritorno del Nunzio, ben è vero che reſto ſommamente tenuto della prontezza che ſi è compiacciuta avere nell' avviſarmelo. Le cedo però nel contento, perche il Parto è ſuo; e per quanto le diſputaſſi l'amore di Figlio di S. Marco non poſſo mai diſputarle in queſta congiuntura l' amore di Padre. Io mi conterrò a norma de' ſuoi deſiderj con non farne parola a N.S. per laſciare alla ſua Eloquenza il porre la coſa al pieno ſuo lume. E le bacio &c.*

Venio nunc ad Brixianæ Eccleſiæ Patres, quorum magnificæ Editioni curandæ haud mediocrem operam an. 1736. impendi, etſi poſt binos dumtaxat annos in lucem illa prodierit. Partes, quas mihi eo in negotio ſumpſi, quaſque etiam diligentiſſimo Cathedralis meæ Canonico, Paulo Galeardo, demandavi, explicat Epiſtola a me Clementi XII. inſcripta, in qua hæc inter cætera habentur, *Equidem, Beatiſſime Pater, cum plura vetera Monumenta non deſint, quibus Brixiana Eccleſia mi-*

rum

rum in modum decoratur, præclarissimum illud est, quod in ejus Cathedra Præsules quatuor sederunt, sanctitate æque editis Scriptis illustres, quorum duo, Sancti scilicet, Philastrius, & Gaudentius, Divi Augustini Hipponensis Episcopi ætatem attigerunt, Beatus vero Rampertus a nongentis, ac Venerabilis Adelmannus a septingentis circiter annis floruerunt. Porro Philastrius suppar adeo fuit Augustino, ut hic a Quotvultdeo Diacono per epistolam rogatus Tractatum de Hæresibus conscribere Philastrium sibi notum Mediolani apud Ambrosium, id ipsum abunde præstitisse responderit. Gaudentius autem eo ipso Mediolanensium sanctissimo Præsule satagente, dum in Oriente ad sacra Loca peregrinaretur, Brixianam Ecclesiam florenti adhuc ætate sibi delatam accepit. Rampertum ad eandem sedem subvectum & Translatio S. Philastrii *in majorem Ecclesiam, & Cœnobii, ubi Sanctorum Faustini, & Jovitæ Corpora requiescunt, constructio, ac alia plura commendant. Adelmannum denique insignem reddit Catholicæ Fidei zelus, quo adversus Berengarium Turonensem pro Corpore & Sanguine Domini Nostri Jesu Christi pugnavit, eumque propterea nostri etiam temporis Novatores insectantur. Quatuor hæc Brixianæ Ecclesia decora quantum modo debeant* Paulo Galear*do, Cathedralis meæ Canonico, clari in literaria Rep. nominis Viro, docent luculentæ* Præfa*tiones suis locis ab ipso præfixæ, quibus & Fabri-*

bricianas ad Philastrium *Notas primum a se recensitas, dein novo Spicilegio auctas, nec non uberiores ad* Gaudentium *appositas, aliaque multa ad operis dignitatem suo studio collata commemorat*. Curavi inter cætera, ut Clarifs. Jo. Alberti Fabricii curæ posteriores in Philastrium, Notæ scilicet posthumæ, Hamburgo, & ex Gallia Variantes Lectiones insignis Codicis Corbejensis ad nos transmitterentur. Fabricii Notæ exhibentur nostræ illius Editionis p. 148. & sqq. præfigiturque ipsis Epistola Clarifs. Reimari, quam statim recito, *Literæ ab Eminentia Tua scriptæ ad Fabricium, mihi genero post ejus obitum, quamquam serius, redditæ sunt; in quibus video desiderari posteriores Fabricii ad Philastrium curas, & quæ ille de textu Syriaco S. Ephraimi recens comperta habeat. Equidem oblatam mihi occasionem rescribendi ad Virum tantæ dignitatis, tamque spectatæ virtutis, & amplissimæ doctrinæ, summo mihi ut par est honori duco; eandem tamen, fateor, exoscularer multo latius, si possem majoris momenti res ad quæsita suppeditare. Nam ad Philastrium pauca omnino sunt, quæ notavit Vir piæ memoriæ, eaque ipsa nescio an multum ad ornatum splendidæ quæ apud Vos paratur Editionis collatura. Faciendum tamen non putavi, quin testandæ erga Eminentiam Tuam venerationis meæ & obsequii caussa, aliquid potius, qualecunque tandem est, quam nihil respon-*

ponderem. Omisi vero inter excribendum sciens, quæ ex Cl. Galeardi Editione quippe in Italia notiore petita erant. Neque puto latere Vos, quæ Marchio Scipio Maffejus in Antiquitatibus Galliæ p. 76. de quæsitis Philastrii Codicibus, & uno in Bibliotheca Benedictinorum S. Germani cod. 625. invento commemorat. Tacere etiam possum, quæ in Brasschellani Indice expurgatorio in Philastrio notantur. Cæterum, ne schedulæ adjectæ pagina postrema vacua esset, addidi pauca de S. Ephraimi textu præsertim Syriaco, licet forte jam per se vel ex prioribus Fabricii litteris cognita. Illum Codicem Sclavonicum, cujus ibi mentionem feci, oculis usurpandum mihi dedit laudatus Kohlius, antea Professor *Academiæ* Petropolitanæ. *Ne vero Tuam Eminentiam ultra quam par est inanibus morer, finem scribendi facio, sperans temeritatem meam excusatum iri. Vale. Dabam Hamburgi Id. Octob.* CIϽIϽCCXXXVI. Subdidit eidem Epistolæ notulam hanc Galeardus, *Has Notas a se ad Eminentissimum Cardinalem Quirinum missas commemorat idem Hermannus Reimarus Commentario de Vita, & scriptis Joh. Alberti Fabricii, edito Hamburgi* 1737. *p.*167. *qui etiam in altera Epistola ad eundem Eminentissimum data* IV. *Kal. Februarii* MDCCXXXVII. *scribit virtutum ejusdem Eminentissimi venerationem apud se haud mediocriter auctam, postquam illas (sic eum Reimarus alloquitur) mirifice*

ſice mihi prædicavit amicus meus Conradus Vidovius, Senator Hamburgenſis, multum tecum in ædibus Longueruеianis Lutetiæ verſatus. Recitabo pariter Epiſtolam, cui junctas Pariſiis accepi Corbejenſes lectiones, *Auſſitot que j'ai ſçu que Votre Eminence avoit beſoin des Variantes Leçons de notre Manuſcrit de Philaſtre, je me ſuis chargé avec empreſſement de ce petit travail. Ce qui m'a porté à cela, Monſeigneur, eſt la haute eſtime que j'ai toujours conſervée pour la ſolide pieté & la profonde erudition de Votre Eminence, qui m'étonnoient & que j'admirois en Elle il y a 28. ans lorſque j'etudiois à S. Denys en France, où j'ai ſouvent eu l'honneur de la voir, auſſi bien qu'à S. Germain & à S. Remy de Reims. Je ſuis bien perſuadé, Monſeigneur, que V.Em. n'à aucune idée de moi; parce que n'étant pour lors qu'un écolier, je ne meritois pas ſon attention, au lieu que je ne me laſſois point de l'entendre parler ſur toutes ſortes de matieres, tant il y avoit à profiter. C'eſt par ces premieres impreſſions, Monſeigneur, & par ces ſentimens d'eſtime & d'admiration que je me ſuis toujours intereſſé d'une maniere toute particuliere à tout ce qui regardoit Votre Em. que je n'ai jamais perdu de vuë, & que j'ai été comblé de joie, lorſque je l'ai vuë revêtuë de la pourpre Romaine & entrer dans le ſacré College &c. Je ſouhaite, Monſeigneur, que Votre Eminence ſoit contente des Variantes que j'ai l'honneur de*

de lui envoier : je les ai faites avec toute l'exactitude possible. Elle trouvera six chapitres qui manquent dans l'imprimé. Il seroit à souhaiter que le MS. fut plus correct, car quoi qu'il soit parfaitement bien écrit, & du IX. ou X. siecle, il s'y trouve bien des fautes de copiste : mais il suffit de sçavoir que Votre Eminence se donne la peine de revoir cet ancien Auteur, pour être assuré de le revoir paroitre dans toute sa pureté. Je me trouverai fort heureux, Monseigneur, si mon petit travail peut lui être utile, d'autant plus que je ne l'ai entrepris que pour lui donner des marques de mon attachement, de la veneration & du plus profond respect avec le quel j'ai l'honneur d'être, Monseigneur, de V. Em. &c.

Rebus in hunc modum a me compositis, ut Brixianæ Ecclesiæ Patrum Editio in lucem quamprimum educeretur eo cultu ornata, qui eorundem Patrum, ejusdemque Ecclesiæ dignitatem deceret, atque insuper papyri magnitudine, ac nitore, typorumque formis omnino excelleret, lætus ad Urbem Romam perrexi mense Octobri ejusdem an. 1736. & lætior etiam, quod certus forem, me in ea Urbe reperturum Tomum alterum Editionis S. Ephræm jam perfectum. Nec utique falsus sum; jam enim peregerat P. Petrus Benedictus laboris sui pensum, Tomum scilicet Syriaca, & Latina complectentem. Quare statim ac Romam adveni, præfigendam eidem To-

Tomo Epiſtolam dedicatoriam compoſui. Hujus initium eſt iſtud, *Benignitas illa ſingularis, qua Sanctitas Veſtra manibus meis dudum oblatum priorem Tomnm novæ Editionis Operum Sancti Ephræm e Vaticanæ Bibliothecæ Lyceo prodeuntem excipere dignata eſt, eadem mihi perſuaſit, haud minus liberaliter exceptum iri Tomum alterum, qui in præſentiarum itidem ſub Sanctitatis Veſtræ auſpiciis apparet. Sanctiſſimi, ac celeberrimi illius Patris complectitur iſte Commentarios in Sacram Scripturam, cujus arcana eundem Spiritus lumine illuſtraſſe, teſtatur S. Gregorius Nyſſenus, atque Syriacum exhibet Textum, ipſum ſcilicet Syri Doctoris idioma, cujus potiundi nulla unquam eruditis Viris reſtabat ſpes, horum votis eo tantum tendentibus, ut Græcis ſaltem fruerentur. Jure itaque ac merito, Beatiſſime Pater, Vaticana Tua Bibliotheca, cujus mihi curam demandaſti, magnopere glorietur, quod locupletiſſimam modo S. Ephræm Editionem, Græcam ſcilicet, & Syriacam cum Latinis Interpretationibus proferat; quando illa, quam centum & quinquaginta circiter ab hinc annis Romæ ſuſcepit Gerardus Voſſius Præpoſitus Tungrenſis, ac trium Romanorum Pontificum ſeu juſſu, ſeu favore e Vaticana Typographia evulgavit, Sanctum Ephræm Latine ſolum loquentem exhibeat; ea vero, quæ poſt medietatem ſæculi decimi ſeptimi, mandante Clero Gallicano de more in Comitiis generali-.*

libus congregato, suscepta fuit, non ultra sexaginta folia perducta in ipso conatu defecerit; & postremo, quæ sub initium præsentis sæculi prodiit in Anglia, majoribus quidem Sheldoniani Theatri typis ornetur, at Græcum tantummodo Textum, Syriacis proinde, quin ipsis Latinis destitutum repræsentet. Deinde libentissime subdidi, quæ, & quanta deberet Tomus ille Patri Benedicto, & ea quoque, quæ a me deberi eidem doctissimo Viro profitebar, *Quoniam vero sua cuique laus debetur, Sanctitati Vestræ aperire minime omitto egregiam operam, quam in hoc Volumine adornando contulit Petrus Benedictus e Societate Jesu, quemadmodum ex Præfatione eidem præfixa manifeste omnibus liquebit; Petrus, inquam Benedictus, publicus olim Sacrarum Literarum in* Pisano *Athenæo* Profe*ssor, mihique vel ab eo tempore magna necessitudine conjunctus: namque dum Florentiæ Monachum indui, nulla alia re felicior mihi fuisse videor, quam quod Virum illum omnigena literatura, Linguarum præsertim Orientalium notitia instructissimum, in ea* Benedictinorum *Abbatia hospitem nactus, & per decem annos, antequam scilicet Societati nomen daret, contubernalem sortitus, saniorum ac severiorum studiorum mysteriis ab eodem fuerim initiatus, quæ ut alacrius deinceps excolerem, diuturnius adhuc meum in florentissimo illo tuo, Beatissime* Pater, *Natali solo domicilium effecit*. De-

Demum a Sanctitate Sua veniam petii de Pastorali mea sollicitudine aliquid exponendi in eadem Epistola, quod præstiti verbis istis, *Liceat vero mihi, antequam Nuncupatoriam hanc Epistolam concludam, Pastoralis meæ villicationis rationem reddere, de Brixianæ scilicet Cathedralis ædificio, & de Salesianarum Sanctimonialium fundatione, de quibus in prioris Tomi Epistola ad Sanctitatem Vestram referre muneri meo consentaneum duxi. Magnifici Templi illius moles eo jam perducta est, ut ibidem in proxima sollemnitate Paschali, Deo annuente, sacrum Pontificale celebraturum me fore confidam, siquidem octo Columnæ insignis elegantiæ, & magnitudinis ad concamerati fastigii sustentaculum jam surgunt, jam pleraque portio marmorei Laquearis sculptili opere exornati omnium oculos ad se rapit, jamque sua nitet in sede Ara maxima, quam Romæ, una cum Candelabris, & Icone, faciendam curavi, ne Romanus cultus in principe Ædis parte desideraretur; ac demum faciem Templi magnifice ornare jam incipit Brixianorum Civium pietas. Salesianum vero in Valle Camunica Monasterium, cui annuum proventum cessi atque sacravi, quem Brixiano Episcopo pendit ea Regio, tantum incrementi in dies accipit, ut nobilioribus meæ Diœcesis Asceteriis propediem accensendum nullus dubitem; cumque ipse sacra Visitatione eam Vallem paucis ab hinc mensibus perlustra-*

 rem

rem, valde jucundum mihi fuit ad Cœnobium illud divertere, ac solemniter pro nova Ecclesia ibi ædificanda primarium lapidem benedicere, & imponere. Arduis hisce, aliisque Pastoralis Officii muneribus dum pro modulo meo, divina opitulante gratia, satisfacio, ne animo concidam, magna faciunt exempla Sanctitatis Vestræ, quæ cum universalis Ecclesiæ regiminis administratione eximios Pontifices æquet, sic in ea cura, quam extruendis, ornandisque sacris Ædibus impendit, ita excellit, ut omnium judicio Decessores suos superasse merito censeatur.

Nuncupatoriam eam Epistolam illico consequitur Petri Benedicti Præfatio mihi inscripta, cujus præcipuus scopus primis ejusdem verbis hoc pacto declaratur, *Beati Ephram Syri in Heptateuchum commentarios hortatu, jussuque tuo, Cardinalis Amplissime, in Latinum converti, summa cum animi mei voluptate, tum quia mirifice tuo delectabar imperio, tum quia res erant ejusmodi, ut ipse mecum statuerem, nihil a te imperari potuisse, quod vel supremum S. R. E. Bibliothecarium, magis deceret, vel quod universam Ecclesiam magis ornaret, ac firmius muniret. Enim vero, cum inter veræ Christi Ecclesiæ notas præcipua semper habita fuerit conspiratio in doctrina cum Ecclesia antiqua, quem hujus rei testem magis idoneum appellaremus, quam Divinum illum Ephrem Doctorem Græcis, Latinis, Barba-*

baris ob vitæ sanctimoniam, & sapientiæ laudem spectatissimum, eundemque in Mesopotamia scribentem, in ea nempe provincia, quæ præter Christi nomen, & Apostolorum doctrinam nihil commune usquam, vel unquam habuit cum Græcis, aut Latinis, non mores, non ritus, non linguam, adeo ut nemo suspicari queat, ejusmodi testimonium commerciorum consuetudini, adulationi Principum, aut affinitatum necessitudini concessum. Quare paulo post, *Veniet tempus quando Syrus reduces ab Urbe sui Doctoris libros lætus reviset, Vaticanis typis magnifice, elaboratissimeque recusos, compertaque ex eorundem lectione Majorum suorum doctrina, intelliget, non Romanos a Sanctissimis Syrorum Patribus, sed ipsosmet Syros a Patriis institutis moribusque descivisse: atque adeo Romanam Ecclesiam creditum sibi ab Apostolis depositum nunc etiam fideliter, constantissimeque custodire, ex eorum proinde disciplina omnium mortalium saluti excubare, & omnes gentes etiam remotissimas effuso sinu, ad se venientes excipere. Quo porro dissidentes ad suam communionem invitat, & hortatur, ut beati Petri Cathedræ, sine qua Catholicæ Ecclesiæ unitas constare non potest, se submittant non tam jura sua persequi, quam filiorum suorum felicitati consulere.* Progreditur postea ad prædicanda studia mea Florentina, & quæcumque. seu Corcyræ, seu Brixiæ, ne officio Pastorali

L 2 de-

deessem, perpetrare curavi, eademque omnia una simul deprimit præ laude ex pervulgatis S. Ephræm scriptis in me profectura, *Quid? num eadem* (inquit) *tranabunt maria vel ut multum promoveant, an Europæ fines transcendent? audient ne ista Malabares, & subjecta Indo, & Gangi arva colentes Mogoles? aut Persis finitimi Chaldæi, vel Aramæi Carduchorum confines montibus, quo fessi vix venit aura Noti? hanc scilicet celeberrimæ, pervulgatissimæque famæ gratiam tibi reddiderit unus orbis terrarum magister Beatus Ephræm, qui opera tua Orienti restitutus, tuas pro Orientalibus salute curas gravis Auctor testabitur.*

Præfationi isti alteram ad Lectorem Petrus Benedictus subjungit, doctissimam profecto, ex qua tamen id tantum dabo, quod spectat ad versionem Syriaci textus ab ipso confectam. Ita de ea loquitur, *Postremum ne de mea ipse versione nihil dicam, quod pro suscepto munere meum erat, illud quantum in me fuit, sedulo curavi, ne quod verbum Syriacum, quod non latino exprimeretur prætermitterem, quamquam ejus item rei multo nobis major est habita ratio, ut sacro seposito textu, in quo interpretando verbum pro verbo κατὰ λέξιν reddidi, voces vulgatæ editionis retinens ferme ubique, nisi ubi illam deserere Syriacæ versionis variantes lectiones cogebant, in cæteris non verba Lectori annumerarem, sed tanquam appende-*

derem. Quid enim refert, an quis pecuniæ summam in auro acceptam in alio metallo, modo integram tibi repræsentet; aut domum intrare volenti, clavem auream aut ferream offerat in ingressum perinde commodum tibi utraque expediat? Non equidem ignoro magnorum virorum in hac parte variare judicia, & aliis versionem placere barbaram, modo sinceram & integram, alios contra sentire delicatioribus auribus indulgendum esse, nullo enim operæ pretio, ajunt, latini sermonis leges violantur, & sapor Græcismis, & Syrismis corrumpitur. Si quis tamen latices fastidit, quos scatebra primos non fuderit, huic Syriacos textus proponimus, unde arbitrio judicioque suo ex ipsis quasi fontibus toto se proluat auro.

Nihil attinet dicere, quam valde delectatus fuerit Clemens XII. oblato sibi manibus meis Volumine, de quo est sermo, nam Apostolicæ ejus literæ superius recitatæ fidem abunde de ea re facere possunt. Iisdem alias adjungere valerem, id ipsum haud minus aperte testantes, meque ad Opus illud prosequendum his, atque paribus verbis excitantes, *Urge proinde susceptum opus, istoque etiam edito industriæ tuæ fructu nomen tuum commendа immortalitati.* Arriserunt etiam magnopere Pontifici quæ in Epistola Dedicatoria attigeram de Brixiano meo regimine, dumque eandem ipsi recitarem, bis, & tertio ite-

 rari

rari a me jussit periodum illam, *Octo columnæ insignis elegantiæ, & magnitudinis ad concamerati fastigii, &c.* Collaudavit denique quammaxime sacratum a me Salesianis Sanctimonialibus annuum proventum, unde dicere valerem, *Annonas Ducatus mei non comedi.*

Antequam suo e conspectu Pontifex me dimitteret, pari ratione, plena videlicet humanitatis, & clementiæ, qua mihi Epistolam illam Dedicatoriam legenti aures præbuerat, quæsivit a me, quænam foret nova ea facies, quam inaudierat Episcopale Brixiæ Palatium meo studio accepisse, passusque est eandem a me describi versibus quibusdam Brixiani Poetæ sæpius memorati, istis nimirum omnino recens compositis, & memoria mea servatis,

Qua patet ingressus sacras Pastoris in Ædes,
Quam niteat NOSTRO *restituente vides.*
Marmoribus cedunt lateres, exesa vetustas
Exuit informem jam bene culta situm.
Quadrifidus laxat paries sua claustra, magisque
Pervia sunt oculis interiora domus.
O utinam mores ipso Pastore magistro,
Discat ad hanc normam Grex revocare suos!
Et tanto edocta exemplo sic Brixia vivat,
Ut licet in tectis se putet esse palam!

CA-

CAPUT VIII.

De opera data an. MDCCXXXVII. *componendo libro de Brixiana literatura, promovendisque novæ Cathedralis constructionibus, & de conditis a Civitate Brixiana Decretis, grati animi testandi causa.*

ETsi non mediocriter occupatus forem in promovenda utraque illa Editione, cujus jam jam mentionem feci, attamen initio 1737. meum ipsum calamum appuli ad illustrandum argumentum, unde Brixianorum civium animi ad bonas literas magis, magisque excolendas vehementer excitarentur. In libro itaque, cui titulum feci, *De Brixiana literatura renascentium literarum ætate*, proposui ante eorundem oculos in exemplum præclaros Majorum suorum labores in omni ferme politiorum studiorum genere. Exorsus sum Opus illud ab ea cura, quam Majores illi susceperunt, ut Typographicæ artis recens inventæ beneficio, publicam lucem Brixiæ acciperent veteres Poetæ, ducto initio a Plauti Comœdiis usque ad Martialis Epigrammata. Ea recensio partem primam illius Operis implet; pars autem altera Brixianos Scriptores profert, qui ætate, de qua agitur, in Arte seu Grammatica, seu Oratoria, seu Poetica primas feliciter tulisse censendi sunt. Ex

utriusque Præfationibus aliqua hic recitabo, unde Lector intelligat, an labor ille meus idoneus fuerit, qui Brixiana ingenia ad æmulandam Avorum suorum gloriam accenderet. Præfatio partis primæ Operis materiem, ac methodum verbis istis declarat. „Ut autem in antecessum Lector intelligat, quam „lato se exporrigat campo Operis hujus ma„teries, ac methodus, Plautinas Comœdias, „unde ipsum Opus exordium trahit, in ma„nus sumat. Vix eæ typorum ope lucem as„pexerant opera Georgii Merulæ Alexandri„ni emendatæ, Venetiis nimirum anno 1472. „& Tarvisii 1482. iterum recognitæ; quum „Pylades Buccardus Brixianus, quippe qui „nec Merulæ emendationes, nec etiam Ber„nardi Saraceni Veneti, & Joannis Baptistæ „Pii in easdem Comœdias Adnotationes (quæ „pariter paulo ante prodierant) satis probaret „novam ipse Plauti Editionem, acriter in ea „pertristis trium illorum doctorum Virorum „laboribus, adornavit: quam eo mortuo Joan„nes Britannicus, item Brixianus, Pyladisque „amicissimus publici juris fecit Brixiæ anno „1506. Plautinum inde, ut ita dicam, exor„tum est bellum, cujus Merula, & Pylades „fax, ac turbo fuerunt. Merulam, qui in il„la sua Editione Saraceno, & Pio infesta in„tulerat signa, & aliis etiam, quotquot seu „Nicolai V. Romani Pontificis, seu Alphon-

„si Neapolitani Regis jussu Plauto expur-„gando manus admoverant, æque infense „adorti sunt, præter Pyladem, Angelus Po-„litianus, & Cornelius Vitellius. Contra, „a Merulæ partibus steterunt bini ejus Di-„scipuli, Eusebius Scutarius Vercellensis, & „Thadæus Ugoletus Parmensis. Ille Plauti „Comœdias novis curis recognitas jussu ip-„sius Merulæ publicavit an. 1490. Mediola-„ni, & an. 1495. Venetiis; eique eximias „laudes tribuit in Nuncupatoria ad ipsum „Epistola. Ugoletus vero novam & ipse Plau-„ti Editionem evulgans Parmæ an. 1511. & „in ea se Merulæ vindicem palam professus, „Pyladem magno impetu recta invasit, acer-„be conquestus, ejus lucubrationes tantum „nominis, & auctoritatis adeptas fuisse apud „Grammaticos (quos tamen ipse *semitarios* „vocat) ut solus hic Plautinos sales, & nu-„meros ab inferis revocasse putaretur. Falsi „etiam crimen Pyladi impingere conatus est „Ugoletus ob versus quosdam in Amphitryo-„nis Dramate pro Plautinis ab ipso, vafre „nonnullis ex Nonio permixtis, recitatos. „Ii versus, aliique a Codro Urceo, pariter „Brixiano Aululariæ Dramati assuti, pugnæ „instaurandæ nova arma ministrarunt. Eam „Ugoleti Editionem, sed cum nova Plau-„tini textus castigatione, luce donavit an. „1518. Venetiis Lucas Panetius, Olchinen-

sis

„ſis Canonicus, qui tamen Ugoleto Pyladem „aggredienti haud ſuccenturiatus eſt, nam „contra, eundem æque ac cæteros Plauti In„terpretes, commendavit. Pyladis, tanquam „gregarii militis, in Plautum exercitationes „flocci feciſſe Simon Charpentarius in Pari„ſienſi nitida, & luculenta Plauti Editione vi„deri poſſet, dum Barbari, Pii, Vallæ, Sarace„ni, Merulæ, Politiani, & Beroaldi laboribus „ſe profeciſſe teſtatus, Pyladis illos prorſus „indictos reliquit. At Pariſienſis illius Editio„nis, anni notatione deſtitutæ, ætas parum „comperta Pyladem ab ea nota abſolvit; cu„jus præterea non mediocris laus eſt, ſua fi„de, & diligentia Plautinos verſus ad certam „regulam, & libram, a nullo unquam tenta„tam redigere ſtuduiſſe. Hic tamen Pyladis „conatus rurſus Plauti Interpretes ad arma „ſollicitavit, aliis alias Comicorum nume„rorum leges condentibus, & ſub ipſas Poe„tam cogentibus„. Placuit mihi deinde paulo poſt ibidem aliqua ſubjungere ad declarandam priſcarum Editionum copiam, quas olim Brixiana induſtria procudit. „Porro (ſcripſi) „priſcarum Editionum tam ingen„tem copiam Auctori a Brixianis Bibliothe„cis ſuppeditatam fuiſſe (cujus exemplum, „ut modo vidimus, vel in ipſo Operis exor„dio illico ſe obtulit) is jure miretur, cui „comperta ſit earundem in præcipuis quoque

Ita-

„Italiæ Civitatibus penuria, quique Michae-
„lis Maittaire Typographicos, secundis etiam
„curis editos, Annales consulens deprehende-
„rit, Auctorem non raro ad manus habuis-
„se eas Editiones, quas frustra in iisdem re-
„quiras. Ipsam Brixianæ Typographiæ epo-
„cham ignotam fuisse eorum Annalium pa-
„renti, quemadmodum & Benacensis apud
„Tusculanum, eademque ratione eundem la-
„tuisse Officinas ejusce Artis in aliis etiam
„Brixianæ ditionis oppidis sitas fuisse, scili-
„cet Collibus Vallis-Trumpiæ, & apud Pra-
„tum Alboini, suis locis ab Auctore tradita
„ostendent. Profecto Benacensis illa forma-
„rum nitore Aldinam æmulabatur; apud
„Pratum Alboini princeps prodiit Editio Ob-
„servationum Marii Nizolii in Ciceronem;
„Collibus autem Vallis-Trumpiæ Pontifica-
„le Romanum excusum fuit anno 1503. ac
„propterea decimo septimo, antequam ex
„Veneta Editione, studio Alberti Castellani
„curata, Opus illud Augustini Patricii Pic-
„colominei mutationes aliquas admittere cœ-
„pisset; ex quibus dolent nonnulli, primæ-
„vam ejus libri faciem, Romanis typis, sub
„auspiciis Innocentii VIII. Pontificis Maxi-
„mi, repræsentatam in aliis Editionibus ci-
„to evanuisse. Horum itaque desiderio in
„hoc opere occurret (nimirum in postrema
„ejus Parte, quæ Sacra complectetur) vetus
„illa

„illa Romani Pontificalis Editio Brixiana,
„ab omni genere additionum (quas tamen
„consuetudinis, temporisque ratio postula-
„vit) immunis, & aliarum omnium, quæ
„post Romanam laudantur, princeps, quam-
„que vix aliquis credat, e Brixiano oppido,
„eoque sito in asperi montis fastigio, prodi-
„re potuisse.

Præfatio Partis secundæ in scenam promit Brixianos Principes earum artium, quas jam jam nominavi, scilicet Grammaticæ Augustinum Saturnium Lazaroneum, Oratoriæ JovitamRapicium, Poeticæ LaurentiumGambaram. De palma, quam in Grammatica retulit Lazaroneus, hæc tradidi „Palmam il-
„lam Saturnio omnino adjudicasse censendus
„est Janus Pincius, Poeta laureatus, in Epi-
„stola Saturnii Mercurio præposita; nam ibi
„diserte affirmat, in Saturnio vires suas po-
„tissimum expertam esse Grammaticam, præ-
„cipuosque ejus Artis Doctores, qui ante
„ipsum scripserant, plus ab eo splendoris ac-
„cepisse, quam illi tribuisse. Pugnam a Sa-
„turnio cum Laurentio Valla initam postea
„describens, celeberrimnm hunc Latinarum
„Elegantiarum parentem, pedem referre, &
„se se dedere coactum repræsentat„. Attuli postea ex ipsius Lazaronei Scriptis fragmenta nonnulla, subdidique, „Quæ vel sola,
„demonstrant eximiam hominis peritiam;

„qua

„qua factum est, ut ipsæ Grammatices seu „tricæ, seu brevia, & scopuli (ut vocari so„lent) hujuscemodi pondus, ac decus nan„cisci valuerint, perinde ac si ad percipien„da sublimioris cujuspiam facultatis princi„pia aditum patefacerent. De Impersonali„bus, inquam, de Participiis, de Gerundiis, „de Supinis ita sapienter, ita acute præfatur „Saturnius, ut tantum dignitatis seu Philoso„phi, seu Theologi etiam eloquio inesse vix, „aut ne vix quidem contingat, dum gravis„mis argumentis Procemium constituunt„. Allatis autem fragmentis illis, hæc addidi, „His Saturnii Procemiis quid elegantius, „quid sublimiori quovis dignius argumento? „Novi equidem, monente Horatio in ar„te Poetica, quænam vitanda sint vitia, *In„cœptis gravibus plerumque, & magna profes„sis*, & quam studiose cavendum, ne specio„sa quædam exordia censuræ illi subjaceant „*Amphora cœpit institui, currente rota cur ur„ceus exit?* At Saturnium nostrum personam, „quam sibi in Procemiis illis imposuit, pro dignitate sustinuisse, quæcumque ex ejus Mer„curio in medium adducta sunt Specimina, „cuivis, ut spero, persuadebunt. Neque ve„ro hæc omnia, velut Grammaticorum mi„nutiæ, deridenda, quum ab horum notitia, „non multa modo Poetarum, aut Historico„rum loca, sed & gravissimæ Juris contro-

„ver-

„versiæ, lucem fœnerentur, ex Augustæ An-„tiquitatis judicio, ut monuit Vossius de Ar-„te Gram. l. 5. c. 13.„. Palmam quam Saturnius in Grammatica est assequutus, Rapicio in Oratoria negari non posse, his verbis contendi, „Ad Oratoriam Artem acce-„do, in qua peregrinus, & hospes sit opor-„tet, cui minime notum Jovitæ Rapicii no-„men. Qualis, quantusque in ea fuerit Ra-„picius, Orationes plures ad demonstrativum „genus pertinentes, quas conscripsit, osten-„dunt; at multo adhuc manifestius libri „quinque de Oratorio Numero, cedro utique „dignum opus. Hanc Rhetoricæ disciplinæ „partem ab aliis neglectam, ab aliis, quasi „percipi nullo modo posset, depositam ac des-„peratam, adeo docte, & copiose tradidit, „ut in eadem Rapicius unus (absit verbo in-„vidia) legi mereatur. Fusiora ex illo tra-„ctatu suo loco recitantur excerpta, quæ Le-„ctor adeat. Unum tantum ex ipsis hic ite-„rum afferetur, Operis utilitatem, ac præ-„stantiam paucis verbis ob oculos ponens. „Ita Rapicius lib. 5. *Cum igitur pedibus, ac „syllabarum quantitate, & tono, & quasi cantu „constet hic numerus; nec syllabarum quantitas, „nec tonus, nec spiritus ab antiquorum consue-„tudine quicquam variaverit: quid obstat, quo „minus numerum hunc conficere, & de eo præ-„cepta, Veterum more, tradere possimus, ac de-*

„bea-

„*beamus? Quis enim ignorat, ubicunque om-*
„*nes fuerint alicujus rei partes, quanquam dis-*
„*jectæ, ibi tamen, si in unum adduxeris, totum*
„*posse constitui? constitui autem solere, & de-*
„*bere, quam fieri potest, aptissime; nisi quis*
„*aut tam hebeti, aut tam præpostero sit ingenio,*
„*ut, cum parata, expolitaque ante oculos, at-*
„*que inter manus extent membra omnia, e qui-*
„*bus vel* Phidiæ *Minerva, vel Polycleti* Hercu-
„*les possit confici, disjecta illa malit jacere,*
„*quam in aptum ordinem redigi, atque in signa*
„*orbe toto celebranda consurgere. Quis porro,*
„*cum ædes struere desideret, nec quadrati lapi-*
„*dis, lignorumque, & laterum, ac reliquæ ma-*
„*teriæ desit copia, struet quidem opus, sed adeo*
„*negligenter, ut nihil curet, cum quo lapide,*
„*lignove, aut latere, quem lapidem, lignum,*
„*aut laterem conjungat? nec consideret, quo*
„*modo copulari possint, & qua sui parte stabilio-*
„*rem, firmioremque queant exhibere structu-*
„*ram? nec saltem abscindat, removeatque, si*
„*quid obstat, nec addat, si quid deest, ut tota*
„*structura firmior fiat, tum etiam aspectu ipso*
„*pulchrior; sed omnia incondita, utcunque sors*
„*tulerit, coacervet, ac sibi non tam domum,*
„*quam ruinam paret?* Huic *similes sunt qui-*
„*cunque contemptis his, quæ traduntur de nu-*
„*mero, præceptis, mente circumscriptas, sen-*
„*tentias incondita potius, atque indistincta o-*
„*ratione jactari lætantur; quam, quæ delege-*
„*rint,*

„rint, verba ita dimittere, ut suo quodque loco „respondeant; nec, cum possint, curant, ut pe„riodi, colaque, & commata omnia, & prima, „& media ad finem spectent, & alia, atque „alia terminatione claudantur „.

Brixianis autem Poetis Principem dedi Laurentium Gambaram, de quo hæc habui quæ in eadem Præfatione proderem, „Quoniam „Laurentii Gambaræ de Columbi Naviga„tione Poema a Paulo Manutio, dum ejus „exordium multis præsentibus Patavii lege„ret, voces illas extorsit *Cedite Romani*, ut „ipse Manutius refert in Epistola suo loco ci„tata, ac præterea fassus est, eo in judicio „adhuc, qui a se dissentiret, invenisse nemi„nem „. Hæc insuper de eodem Poemate subjunxi, „Dignum admiratione est, Poema de „Columbi Navigatione ab Ubertino Carrara „ætate nostra compositum, & Æneidi ipsi „Virgilianæ a quibusdam par habitum, in „Arcadiæ Romanæ Olympicis ludis celebra„tum a quopiam reperiri his versibus,

„Primus hic Eudoxus, qui carmine per mare magnum
„Ausus ad ignotas Columbum ducere terras.

„Gambaræ nostri Poema tum Editiones plu„res, tum Epistolæ Manutii, tum sexcenta „Scriptorum ea ætate testimonia, lippis, & „tonsoribus notum reddiderant, ac propte„rea in eo detegendo non adeo laborandum, „ac Columbo fuit in illa sua ad novum Or-

„bem

„bem Navigatione„. Moxque Poema de eadem maritima peregrinatione ab Julio Cæsare Stella compositum collaudans, ita scripsi, „Ejusdem argumenti Poema post Gambaram scripsit etiam Julius Cæsar Stella, suo „loco in hoc Opere laudatus, saltem libros „duos priores, quos doctis Viris sui tempo„ris amdodum probatos fuisse, abunde testa„tur Epistola Francisci Bencii eis libris præ„fixa. Si quis tria hæc Poemata Gambaræ, „Stellæ, & Carraræ inter se comparaverit, „nihil fortasse Brixianorum Poetarum glo„riæ (nam Stella quoque pro Brixiano ha„bendus) officiet postremum, licet ei impro„bum quadraginta annorum laborem Carra„ra sacraverit, & licet singulis annis ejusdem „librum unum in frequentissimo, lectissimo„que Virorum consessu, toto plaudente the„atro, Romæ consueverit ipse recitare„. Tandem Præfationem illam in hunc modum conclusi, „Atque hi sunt, quos arcem ipsam ob„tinuisse ejus disciplinæ, quam ingenii sui fœ„tibus in altera hac Operis Parte memoratis „excoluerunt, Brixiana gloriarur literatura. „Sua & aliis Scriptoribus in eadem recensi„tis decora minime defuisse, facta suis locis „de ipsis mentio comprobabit. Certe Quin„tiano Stoæ laurea Corona, e Ludovici XII. „manibus recepta, non defuit. Sabæo orna„mento fuit Bibliotheca Vaticana, in cujus

„cura septem Romanis Pontificibus inser-„viit,quamque collectis ex Septentrionalibus „etiam peregrinationibus spoliis ditavit. Ta-„berium Aldi Manutii judicium honestavit, „quum ab hoc dignus habitus fuerit, cui in „eo doctorum Virorum proventu, quem æ-„tas illa ferebat, suam Stephani de Urbibus „Editionem inscriberet. Græcarum literarum „peritia plures alios Taberii cives exornavit, „inter quos T. Prosper Martinengus in con-„dendis Græcis carminibus ita excelluit, ut „ipsum Pindarum referre, quorundam judi-„cio, censeatur. Homerus, Hesiodus, & A-„ristophanes Brixiano prælo debuerunt, ut „primum ab his etiam legi possent, qui Græ-„cam linguam ignorabant. Andrea Marone „non alius in extemporali fundendi carmi-„nis facilitate præstantior, ita sentiente, „cum Eruditorum ejus temporis caterva, „Leone X. qui eximiis animi sui virtutibus, „politioris literaturæ, quin Poeticæ illius „extemporalitatis laudem, teste Jovio, con-„iunxit. Bartholomæo Parthenio, & Boni-„facio Bembo ex Academia Romana, in qua „publice docuerunt, decus accessit. Pater O-„ctavius Pantagathus, decus ipse fuit non „Brixianæ tantum, sed Romanæ quoque Ur-„bis, nam hæc, ut diserte scribit Paulus Ma-„nutius ad Octavianum Magium, huic non „tanti esse debebat, *quia Roma est, quæ præ-*

„stan-

„*stantes olim Viros tulit, Imperii terminos cum*
„*Oceano conjunxit, quanti ob unius hominis*
„*consuetudinem, cujus est humanitas doctrinæ*
„*par, doctrina vero, quæ potest esse, maxima.*
„*Is est Octavius meus, qui Urbem, a qua cæte-*
„*ri honestantur, sua ipse virtute nobilitat*. Lo-
„cum autem in hac Operis Parte invenit ob
„insignem, quæ illi minime defuit, Poeticæ
„disciplinæ peritiam. Academiam *Occulto-*
„*rum* dictam, quæ Brixiæ ea ipsa tempesta-
„te floruit, Latinos versus, Hetruscosque sua-
„vissimos protulisse, fidem faciunt evulgatæ
„eorum carminum Collectiones. Tandem
„Laura Cereta, Veronica Gambara, & aliæ
„doctissimæ Mulieres effecerunt, ut Brixia
„non hominum tantum, sed & *Feminarum*
„*Academia* appellari meruerit„.

Quantumvis me valde oblectarent curæ istæ literariæ, sacræ tamen multo acrius animum meum urgebant, queis ut exacte satisfacerem, omni studio, Dei gratia opitulante, enitebar. Itaque promovendis Domus Dei incrementis spiritalibus fervidam primum operam impendebam, deinde curabam, ut hæc ipsa corporalibus quoque ejusdem Domus spatiis dilatandis proficeret. Primæ meæ illius sollicitudinis certum exhibent documentum Pastorales Epistolæ haud infrequenter a me vulgatæ. Alteram vero testatur Concio, quam habui inter Pontificalis Missæ mysteria in no-

va Cathedrali peracta die sacrosancti Paschatis hujus an.1737. Ejus initium ita se habet,
„*Hæc dies, quam fecit Dominus; exultemus, &*
„*lætemur in ea*. Parole sono queste, o Dilet-
„tissimi, che impiegate da Chiesa santa nell'
„odierna solennità per eccitare gli animi de'
„fedeli tutti al sommo giubilo, che dee ri-
„dondare ne' medesimi dalla risurrezione di
„Gesù Cristo, riescono molto addattate alla
„funzione, che facciamo ora in questa nuo-
„va Basilica, quale mentre sembrava restar
„potesse *deserta in æternum*, ci spalanca og-
„gidì le sue porte, quasi direi nella stessa
„guisa che il risorgimento del Salvatore,
„*portas æreas contrivit, & æternitatis resera-*
„*vit*. Sì, o Signori, *Hæc dies, quam fecit Do-*
„*minus*, posciacchè e da chi altri mai, che
„dal Signore Iddio abbiamo noi da riconos-
„cere così segnalato benefizio, vanamente
„aspettato per lo spazio di cento e trent'an-
„ni dall'età precedute, e che fino in questi
„ultimi giorni riserbato giudicavasi alla con-
„solazione, ed alla gloria de' vostri più tar-
„di Nipoti? Adunque *exultemus, & lætemur*
„*in ea*, giacchè si rallegrano, ed esultano
„quest'istesse pareti, che per l'avanti agli oc-
„chi di tutti si facevano scorgere oppresse
„dall'amarezza, *eo quod non sint, qui veniant*
„*ad solemnitatem*. Per così lieto avvenimen-
„to ha da essere tale e tanto il nostro giubi-
„ lo,

„lo, quale ſi ravviſa ne' fedeli della prima „Chieſa, quando correndo eſſi a' Tempj nuo- „vamente aperti, imprimevano baci divoti „ſu le porte de' medeſimi, ſtringevano con „teneri ampleſſi le colonne, ſi proſtravano „avanti l'altare, e ſi tenevano diſteſi ſul pa- „vimento, eſclamando, come appunto fece „l'Imperadore Teodoſio, *adhæſit pavimento „anima mea*; e tutto ciò per contraſſegno „della loro riverenza, del loro amore verſo „le Chieſe, delle quali ſi mettevano al poſ- „ſeſſo, e per traſporto della criſtiana loro „eſultanza„. Mox ſubdidi, hanc ipſam Chriſtianam lætitiam quam ubertim præferebant ora ipſa Brixianorum, in cauſa fuiſſe, cur mihi licere exiſtimaverim, in ea Æde, etiamſi nondum dedicata, imo neque abſoluta, ſacris ſolemniter operari, factumque meum iſtud exemplo S. Athanaſii excuſavi in hunc modum, „L'odierna voſtra eſultanza, o Di- „lettiſſimi, prevedutaſi da Noi, cagione ci „è ſtata di non avere avuto riguardo, con eſ- „porci alla preſente funzione, d'incontrare „l'iſteſſa cenſura, ch'ebbe S. Atanaſio avan- „ti l'Imperatore Coſtanzio, per eſſerſi in- „trodotto ad ufficiare nella gran Chieſa d' „Aleſſandria, prima che ſi riduceſſe a com- „pimento, e che ne foſſe fatta la ſolenne De- „dicazione. Parla di tale accuſa a lui data „il ſanto Veſcovo nella ſua apologia, ed è

„maraviglioso il confronto del caso suo con „il nostro. Nella festività appunto, che oggi corre, scrive S. Atanasio di essersi presa „la detta libertà. *Festum erat Paschatis*; scri„ve esserne stata motivo l'impazienza del po„polo, che appunto, come quì in Brescia, „*ingenti tumultu rogabat, ut in magna Eccle„sia conventus ageretur*; e soggiugne il con„corso della moltitudine d'Alessandria al nuo„vo Tempio essere stato d'ammirazione, e di „gaudio, e da annoverarsi fra le cose felici: „*Quis hoc ipsum admiratione non prosequatur*, „*aut non inter felicia prædicet, cum videat* „*tantam multitudinem in unum locum conveni„re?* Così pure fra di noi, *quis non admira„tione prosequatur, quis non inter felicia præ„dicet* la presente giornata, che raccoglie quì „dentro *tantam multitudinem*, oltre l'inter„vento della Pubblica maestosa Rappresen„tanza, alla pietà della quale tanto dee l'au„gusta Mole, ed unitamente del nobile e „conspicuo corpo de' Deputati, che veglian„do a ogni bene dell'inclita Città, riguar„dano per una delle principali lor cure il ren„dere compiuta la nuova Casa del Signore„?
Postea orationem converti ad hortamenta, exordio isto præmisso „Ma se abbiamo cre„duto Noi, o Dilettissimi, di poter accor„dare con l'esempio del grand' Atanasio al „vostro gran numero, alle vostre impazien-
„ze

„ze la ſolenne funzione di queſta mattina,
„ben è di dovere, che rendendoci voi la pa-
„riglia, impieghiate in avvenire tutti li vo-
„ſtri sforzi per accordare quanto prima al vo-
„ſtro Tempio la giornata della ſua Dedica-
„zione. Sì, è di dovere, giacchè queſto coſ-
„picuo Presbiterio trovaſi ora mai provve-
„duto quaſi che intieramente de' ſuoi orna-
„menti, alcuni de'quali come altare, candel-
„lieri, e quadro, abbiamo avuto a cuore di
„far lavorare in Roma ſotto gli occhj noſtri,
„*ne Romanus cultus* (ſono parole a voi note)
„*in principe Ædis parte deſideraretur*; giacchè
„ſono erette per reggere la cupola le otto
„ſtupende colonne di diametro conſimili a
„quelle del portico del Panteon di Roma, e
„di lavoro ſommamente elegante, delle qua-
„li ben ſapete, come entrati Noi al poſſeſſo
„di queſto Veſcovado, non vi era che l'idea
„della poſſibilità, e queſta pure contraſtata
„da fortiſſime oppoſizioni; giacchè il fregio
„marmoreo di ben rilevato, e finiſſimo inta-
„glio fa agli occhj di tutti gran pompa di ſe
„ſteſſo; e giacchè finalmente ſi alleſtiſcono
„con grand'ardore i materiali per formare la
„nobil facciata, e vanno comparendo le ſei
„colonne, che debbono ornarla„.

Quod mirifice gauderet Brixiana pietas eo jam deductam eſſe novæ Cathedralis conſtructionem, ut divinis officiis in ipſa peragendis

apta omnino foret; propterea aliquot diebus, priusquam solemnis illa Missa celebraretur, Decretum istud publicavit, *Adì 4. Aprile* 1737. *Gl'Illustrissimi Signori Tomaso Pedrocca Abbate, Annibale Serina Avvocato, Ercole Carenzone, Francesco Cattanio q. Carlo, Clemente Rosa Deputati all'Osservanza de'Statuti, Giuseppe Avogadro, e Bartolomeo Cazzago Sindici, Gio: Battista d'Aste, Gabriel Bargnano, Co: Cav. Rutilio Calino, Co: Gio: Fabrizio Soardi, Girolamo Zanetti Deputati all'Espedizione degli Oratori, radunati nella solita sala del Consiglio &c. In ordine alle deliberazioni dell'Illustriss. General Consiglio di questa Città fu eretto ne' principj del passato secolo il gran Coro della nuova Cattedrale, e rimase anche successivamente per le strane circostanze de' tempi giacente, fino che l'Eminentissimo, e Reverendissimo Signor Cardinale Angelo Maria Querini zelantissimo nostro Vescovo venne a felicitare col suo zelo Pastorale questa Città, e Diocesi. Questi oltre l'aver con piissimo fervore promosso, incamminato, e cooperato all'avvanzamento visibile del rimanente dell'insigne Basilica, ha Egli pure nel breve periodo di poco tempo con generosissima magnificenza alzata la nobilissima pittura rappresentante la Vergine Assonta Titolare; piantato il gran Altare composto con il pavimento del Coro tutto di finissimi marmi; compiti li sedili, orchestre, ed altri ornamenti inservienti, e necessa-*

rj

rj al Divin culto, che nella rarità, e struttura loro corrispondono ugualmente alla venustà della gran fabbrica. Avendo perciò l'Em. S. per mezzo degl'Illustrissimi Signori Mario Alberghini, e Paolo Ugeri Deputati alla fabbrica stessa fatto penetrar a questa Città l'intenzione sua di voler in persona il giorno della prossima santissima Pasqua di Risurrezione cantarli solennemente la prima santa Messa, e riflettendo S.S. Illustrissime renders conveniente il qualificare una tal funzione con tutte quelle dimostrazioni di maggior allegrezza, che vagliano a render maggiormente sensibile all'animo di S. Em. il giubilo universale di tutti gli ordini di questa Città, e Diocesi, hanno tutti unanimi e concordi impartita facoltà agl'Illustrissimi Signori Deputati Pubblici, ed alla maggior parte di essi di stabilire, ed ordinare a spese Pubbliche quanto credessero convenirsi, onde render magnifica, e solenne la funzione medesima. In oltre hanno pure unanimi come sopra terminato, che il Busto di S. Em. con l'Elogio, che in pietra di paragone è stato d'ordine Pubblico formato, e che in perpetua memoria del nostro beneficentissimo Pastore deve a momenti riporsi nella muraglia laterale di esso nuovo Coro, debba esser per mano d'eccellente artefice, ed a spese Pubbliche scolpito in Rame, e stampato; onde venga a rendersi nota anche alle Provincie più lontane la pietà religiosissima dell'Em. Sua. Confidando que-

questa Città, che si degnerà anche all'avvenire di continuare nelli soliti zelantissimi studj suoi per ridurre alla perfezione il magnifico Tempio ad onore sempre, e gloria del grande Iddio. Andreas Ganassonus alter Magnif. Civit. Brixiæ Cancell. exposuit, & exemplavit &c. Ex lib. Actorum f. 149. existente in Cancell. Magnif. Civitat. Brixiæ. In eodem Actorum libro recitatur tam Elogium Imagini meæ e regione Cathedræ Episcopalis subjectum, quam Inscriptio ad æream tabulam apposita. Elogium est hujusmodi,

ANGELO MARIÆ QUIRINO
S. R. E. Cardinali Bibliothecario
Brixiæ Episcopo
Quod
Præclaro huic Templo perficiendo
Ab anno CIↃ IↃ CV. *ædificari cœpto*
Curam omnem impendens
Proprio ære large collato
Illud ara maxima
Et splendidis aliis ornamentis
Munificentissime decoraverit
Divinoque Cultui aptum
Ex insperato reddiderit
Septem-Viri Brixiæ
Ædiumque Sacrarum Curatores
Grati animi monumentum
Adhuc viventi
P. P.

In-

Inscriptio autem ad æream tabulam insculpta ita se habet, *Effigiem Marmoream, & Epigragraphen marmori insculptam Eminentissimo Episcopo sacras, atque in Odeo Cathedralis conspicuas Tabula hac Deputati Civitatis Publico Decreto expressas voluere* MDCCXXXVII.

Hæc, inquam, decrevit, dum immineret Pontificalis illa solemnitas, primarius Magistratus. Ea autem solemnitate peracta, ab eorum Virorum Magistratu, cui incumbit novæ Cathedralis constructionem accurare, hujusmodi prodiit Edictum, *A dì* 25. *Agosto* 1737. *Radunati nel luogo solito gl' Illmi Signori Deputati alla Ven. Fabbrica del nuovo Duomo di questa Città &c. Quali con ossequiosa supplica avendo benignamente ottenuta la sacra Concione pronunziata da sua Eminenza il Signor Cardinale Vescovo Querini il giorno di Pasqua* 21. *Aprile* 1737. *nell' atto di celebrare pontificalmente la prima solenne Messa nel coro di questa nuova Cattedrale, ed altamente impegnati al riflesso, che molti abbiano perduto il dolce godimento d' averla udita, ed una soave violenza di approffittarsi de' suoi amorosi sentimenti; hanno terminato, che sia in loro nome posta alle stampe con li pubblici annessi Decreti in argomento di rispetto, e di stima dovuti ad un Principe tanto benemerito di questa insigne Basilica. Così potrà passare in ammirazione, ed esempio il zelo suo Pastorale non.*

non ſolo alle vicine, ma inſieme alle lontane Città; e ſingolarmente ſervirà di un forte eccitamento a Breſcia per concorrere con un ſanto movimento a promuovere, e facilitare con l'opere il compimento di un ſuo auguſto, glorioſo, e magnifico Tempio. Tratta dal libro delle terminazioni dell' Illma Conſulta ſopra la Ven. Fabbrica del nuovo Duomo di Breſcia queſto dì 28.*Agoſto* 1737.*In fede &c. Gio: Fauſtino Fedreghini Cancell.*

Facile, ut puto, Lector intelliget, hæc omnia monumenta, quibus me honorandum cenſuit ad comprobandos grati animi ſui ſenſus Brixiana Civitas, una ſimul eo ſpectaſſe, ut honorificentiis hujuſmodi ſatisfacere ipſa credi, & dici poſset partibus, quas eidem Paſtoralibus meis hortationibus imponebam. At quoniam ego multo aliter judicarem, hinc libenter quoſdam audiebam ita loquentes, *Non ha biſogno il noſtro Cardinale nè di Statue, nè d' Iſcrizioni, ma giuſtamente richiede, che il Duomo per eſſer della Città ſia con la borſa di queſta ſoccorſo più che con la ſua propria.* Hæc inter cæteros aliquando Comes Carolus Gambara, cui propterea gratias agens Martialis illud ſubjunxi,

Quod peto da, Caj, non peto conſilium.

CA-

CAPUT IX.

De itinere ad Urbem Romam mense Octobri an. MDCCXXXVII. *susceptoque ibidem apud Pontificem negotio, ut in Cardinalium Promotione, quæ instabat, Venetus deligeretur, qui reliquis per Reges nominatis dignitate præcelleret, deque ea cura cito intermissa ex causa morbi lethalis, & ex propero reditu ad Urbem Brixiam, ac tandem de Purpura delata Veneto Præsuli meritissimo, cujus elogium recitatur.*

PRæter causas, quas me habuisse Romæ crebro adeundæ superius tradidi, una supervenit, quæ iisdem addita acrius animum meum ad suscipiendum mense Octobri anni 1737. iter illud extimulavit. Memor Cardinalis Corsinus sermonum inter nos sæpe familiariter habitorum de Promotione, quæ vocari solet *delle Corone*, hæc ad me vel a mense Septembri an. 1735. scripserat, *Il Sig. Iddio, che conserva a Noi tutti del Sagro Collegio perfetta salute, darà tempo al discorso delle Nomine, sopra di che darò a V.E. tutti quei lumi, che saranno necessarj, affinchè possa meglio istradare le sue premure. Tutti i Signori Veneziani, che sono a questa Corte devono avere le loro particolari mire, onde io non posso che adoprar destrezza per non esser creduto contrario fin tanto che N.S. non abbia fissata la sua determinazione, la quale è sempre stata fluttuance dopo ch' il Vescovo di Vicenza ha fatto l' Atto magna-*

gnanimo di spiegare il suo disinteressamento &c. Post binos autem circiter annos scilicet 17. Aug. 1737. has ad me literas exaravit : *Ecco venuto il tempo del sesto Cappello, che mette vie più al sicuro, che la Promozione delle Corone sia generale, contro i combattimenti gagliardissimi che ho dovuto sostenere. Adesso poi intorbida qualche poco l' affare l' accomodamento con la Spagna non condotto a fine, e le pretensioni troppo costanti del Portogallo combattute più dall' altre, che da questa Corte. Ciò che seguirà non saprei dirlo a V. E., desidero bene che il Pontificato una volta si metta in calma, e N. S. trovi il Porto anche avanti quello del Paradiso. Io lo spero, io lo cerco, e poi se non potrà seguire, sia fatta la volontà del Signore &c.* Hæc, inquam, Cardinalis Corsinus semper, & ubique sibi constans in administrandis Pontificiis negotiis recto eo more, quem pluries prædicavi, prædicabuntque disertissime quotquot ejusdem literæ ad Promotionem Cardinalium hoc anno 1737. perfectam spectantes inferius recitabuntur. Jam jam recitatæ ansam mihi præbuerant eundem pro viribus excitandi, ut quoniam in Regia ea Promotione, qua scilicet Sancta Sedes Coronis foret suo ex instituto gratificatura, singulæ earundem, uti compertum erat, ad eximiam eam dignitatem provehere veluti conspiraverant præstantissimum nationis suæ Præsulem, Venetus quo-

que

que, cujus ſeligendi plena futura eſſet penes Pontificem poteſtas, non inferiori genere foret, imo Collegis, ſi fieri poſſet, præſtaret. Nominaverat ſiquidem Imperator Lambergum, Gallia Bullionium, Hiſpania Molinam, Luſitània Almeidam, Polonia Lipskium; quare decebat ſummopere Apoſtolicæ Sedis dignitatem (ajebam ego) ut illa Viris hiſce exteris, ſeu ſanguinis nobilitate, ſeu munerum, & honorum, quibus potiebantur, prærogativa adeo ſplendidis, ſocium ex Italia daret, qui eoſdem illuſtraret, potius quam ab ipſis illuſtraretur. Hujuſcemodi autem Præſul quum inter Venetos occurreret maxime Daniel Delphinus, Aquilejenſis Patriarcha, ad hujus decora Pontificem oculos ſuos convertere flagrantiſſime exoptans, literas de hoc argumento ad Corſinum exaravi. Earum autem initio fidem feci, me, quemadmodum nullo, ut Cives mei omnes norunt, conſanguinitatis vinculo Delphino conjungebar, ita nullius rei cum eodem mihi fuiſſe commercium, neque Epiſtolarum, quarum nec unam memineram me ab ipſo accepiſſe, poſtquam ante viginti & amplius annos Romæ, quo advenerat ille Conſecrationis Epiſcopalis obtinendæ cauſa, noſſe illum datum mihi fuerat, egregiaſque admirari, quibus fulgebat, virtutes. Quo pacto eæ literæ meæ affecerint Corſini probiſſimi, & prudentiſſimi ani-

animum, responsum, quod subdo, patefaciet, *Ha ben ragione V. E. di compiacersi della sua lettera a favore di Monsig. Patriarca di Aquileja, e di non aver resistito ad un giustissimo Amor proprio, che l'ha indotta a comunicarla a questo Sig. Ambasciador Veneto, e che prevede, vittoriosamente la tenterà ancora di comunicarla all' istesso Monsig. Patriarca per mezzo del P. Maestro del Sacro Palazzo. In fatti quella lettera è piena di forza, di ragioni, e di raziocinio, talmente che gran biasimo indurrebbe in Coloro, che non se ne lasciassero persuadere, e pubblico vie più si renderebbe questo biasimo, quanto più pubblica si fosse resa la lettera. Io per me non temo questo disastro, essendo convinto, e benche renda questo giudizio senza sentire l'altra Parte, e le ragioni, che potrebbe avere, non mi so mai immaginare possano star a fronte alla lettera di V. E. La nascita, la Chiesa cospicua, la bontà del Prelato, l'esempio, e meriti degli Antenati sono tutti i motivi raccolti in poche parole, che danno vinta la causa sopra gli altri Concorrenti, o piuttosto dirò Candidati, perche realmente non ha fin ora avute N. S. particolari istanze.* Probitatem, atque prudentiam scribentis demonstrare Epistolam istam, nemo ibit inficias; quantumvis enim in ea validis rationibus adstrui fateretur ille Delphini causam, abstinuit tamen a sententia ferenda, professus id fieri non posse, nisi re audi-
ta

ta ex utraque parte. Consuetam pariter humanitatem erga me in ea Epistola Corsinus ostendit, dum ibidem subdit, *Se verun* (qui audiri in ea causa petat) *comparisca, sarà più facile conoscerlo all' arrivo qua di V. E. giacche crederei fossimo in tempo; ma quando si affrettassero le cose non mancherò di dargliene preventiva notizia*.

Literæ istæ, die 7. Septembris datæ, convenerunt me, dum oppida quædam meæ Diæcesis sacra Visitatione lustrarem. Hac autem post aliquot dies functus, Brixiam initio Octobris remeavi, statimque ad Romanum iter me accinxi. Perveni ergo ad Almam Urbem medio circiter eodem mense, alteroque mei appulsus die admissus fui ad Sanctitatis Suæ Pedes. Sermonum, quos tunc habui, maximam sibi partem vindicavit ejusdem Promotionis negotium. Indulgentia etenim Pontificis usus, sensus meos eidem libere aperui de eximio splendore in eandem Promotionem redundaturo, siquidem nominatorum a Regibus præclarissimorum ex universa ferme Europa Præsulum censui Italus Patriarcha, suis, suæque cum Patriæ, tum Gentis dotibus spectatissimus, ex sola Pontificis voluntate præponeretur. Addidi postea complura alia, ut usquequaque causam meam tuerer, ac tandem conclusi, gaudium, quod Sanctitas Sua perceperat ex Regia ante binos

 an-

annos Promotione, qua ſcilicet Philippi Hiſpaniarum Regis filium ſacra Purpura induerat, inſtauratum in ejus animo quodammodo iri, ſi Promotio, quæ inſtabat, Patriarchalis evaderet, ex delectu nimirum Danielis Delphini Sedem eo conſpicuo, antiquiſſimoque titulo decoratam obtinentis, nullique earum abſque dubio ſecundam, quibus potirentur Præſules alii a Regibus deſignati, non Ulyſſiponenſi in Luſitania, non Viennenſi in Gallia, non Malacitanæ in Hiſpania, non Paſſavienſi in Germania, non Cracovienſi demum in Polonia. Quanta voluptate mea hæc oratio Pontificis Celſiſſimum animum perfuderit, explicare haudquaquam valeo; id ſolum dicam, Sanctitatem Suam, quæ diffuſe dixeram, in pauca contraxiſſe, pari prorſus ratione ac feciſſe vidimus Cardinalem Corſinum ſuis in literis; adeo ut digitis ſuis quæcumque Delphino faverent ſemel, iterumque in hunc modum computaverit, 1. *la naſcita*, 2. *la Chieſa coſpicua*, 3. *la bontà della vita*, 4. *l'eſempio*, 5. *e i meriti degli Antenati*. Demum ad gratias mihi agendas clementiſſime deſcendit, quod facinus Romanæ Sedi adeo honorificum ſibi propoſitum a me foret, verbaque iſta, alta voce, ingeminavit, *Delfino ha da eſſer il Cardinal Veneto, e lei ha con Noi, e con la S. Sede l' inſigne benemerenza d'avercelo ſuggerito*. Multo juſtius gratias, quas ego vere de-

debebam, Pontifici optimo reddidi, ac demum eundem rogavi, ut pro certo haberet, nullam inter me, & Patriarcham Aquilejensem intercedere necessitudinem, ex qua suboriri posset suspicio, ne ejusdem virtutibus valde locuples perhibens testimonium, una simul carni, & sanguini aliquid tribuerem; adeo nullam, subdidi, ut inter Venetos Antistites unus ille omnino sit, qui Natalis Domini solemnitate recurrente literas officiosas ad me conscribere nunquam consueverit. *O questo è assai*, reposuit Pontifex. Tunc ego, ut graves, qui præcesserant, sermones hilaritate aliqua clauderem, subjunxi, nihil inofficiosius eo literarum genere a me judicari, postquam animadverti officii genus istud erga me usurpari ab iis quoque, qui Romæ degentes, nullum prorsus, dum eam urbem frequenter adirem, diutiusque quandoque in ea commorarer, vitæ unquam indicium, ut dici solet, mihi præbuerunt, seu, ut melius dicam, qui me inter viventes reperiri nullo pacto se meminisse demonstrarunt. Cur ergo redeunte tantum Natali Domini vitæ meæ memoria in iisdem excitata, ajebam, cur me statim (accidit enim aliquando, ut Romam relinquam instantibus Festis illis Natalitiis) iis literis Brixiæ insectantur, de quibus dicere valeam, *litera occidit?* In hisce enim illi passim profitebantur, se Natalis Domini occa-

ſione uti ad humaniſſimos animi ſui ſenſus mihi declarandos, quod non alia id peragendi ſuppetat ipſis reliquo anni tempore opportunitas, quam tamen enixiſſime concupiſcerent. Quid, amabo, jocularius? *Vuol ella dire*, ait Pontifex, riſum minime continens, *parer a lei le lettere di quei tali, per uſare la parola noſtra Firentina, una bella corbellatura*.

Egreſſus e Pontificio Cubiculo paratum ad illuc ingrediendum offendi Cardinalem a Secretis Status, moxque manibus meis ad ejus ulnas extentis hæc ad ejuſdem auriculas effudi, *Habemus Cardinalem Venetum, Danielem Delphinum Patriarcham Aquilejenſem*. Gaviſus eſt ille vehementer meo hujuſcemodi nuncio, quippe qui Delphino jam favebat. Deſcendi deinde ad inviſendum Cardinalem Corſinum, diſtincte ipſi narraturus quæcumque ex Pontificis ore accepiſſem. Aberat tamen ipſe a Palatio Quirinali. Recta itaque reverſus ſum ad Ædes S. Marci, pariterque ab iiſdem abeſſe deprehendi Venetum Oratorem, quem libenter admodum conſcium feciſſem rei jam ſalvæ, naviſque in portum peractæ, nam & ipſe Delphini cauſæ ſtudebat. Proximo die horis antelucanis e cubili ſurgens, Corſino Epiſtolium conſcripſi ad ea ipſi ſignificanda, quæ coram exponendi præterito veſpere opportunitate carueram, valdeque contentus fui aditum mihi eſſe factum per

ſyn-

syngrapham in ejusdem manibus depositam narrationis meæ fidem comprobandi. Ei Epistolio in hunc modum Cardinalis respondit, *Dalle stanze del Quirinale 19. Ottobre 1737. Si è trovato così caricato il Cardinale Corsini di lettere, e di Udienze in questo giorno, che non ha potuto fino a questa sera accusare a V.E. il suo gentilissimo Biglietto. Ha però molta soddisfazione, che V.E. non abbia trovato N.S. prevenuto, come tutta Roma, e tutta Venezia pubblica (secondo ha l'E.V. raccontato a chi scrive) per altro Soggetto fuori di questo, ove Ella ha collocate tutte le sue giuste premure, e l'assicura, che le medesime non saranno frastornate, ma più tosto secondate, quando N.S. persista ne i sentimenti, in cui l'E.V. l'ha trovato, volendo aderire a quanto sarà di piacimento della Santità Sua per le ragioni spiegatele in voce &c.*

Extrema gaudii, quod delibutus fui ex prospero colloquii mei cum Pontifice successu, cito luctus (ut fert humanarum rerum conditio) occupavit. Invasit me siquidem ægritudo adeo vehemens, ut subitum mihi læthum fuerit minitata. Primis mei Romam adventus diebus ingentes perpessus fueram calores, ante omnia ob itineris calida anni tempestate confecti longitudinem, deinde ob Romani cœli clementiam, insuper ob benevolas ad me Cardinalium, & Præsulum, quos in cubiculo valde tepido excipiebam, aditiones,

 tan-

tandemque ob æſtum colloquii jam jam memorati. Calore itaque ex hiſce omnibus cauſis efferveſcens, incaute quodam mane, ut primo mihimetipſi relictum me vidi, e cubiculo eodem demigrans, expatiari cœpi per Ædium mearum circuitum, ac proinde per loca etiam earundem vaſta, atque perfrigida, nec animadverti, me levem dumtaxat amictum geſtare, tempuſque prius temperatum repente in aſperum verſum fuiſſe, boreali aura ſpirante. Nil ergo mirum, ſi intercluſi ea aſperitate ſpiritus, ac meatus corporis mei exitialem, quem dixi, morbum pepererint. Adortæ me ſunt magno impetu intra unius hebdomadæ ſpatium febriles quatuor acceſſiones. Ardentem appellarunt Medici primam, quæ Dominico die advenit, ardentiorem, imo acutam, quæ die Martis comparuit. Inde ergo cogitandum mihi fuit de ſumendo ſacro Viatico. Id tamen, ut Medico morigerarer, facere diſtuli, donec tertia febris die Jovis acceſſiſſet. Accedens iſta mortiferæ naturam præſetulit, quare abſque mora Sacramentum illud percepi. Quarta tandem ſuperveniens die Sabbati, etſi lethalis & ipſa nominari promeruerit, quod tamen tertià haud quaquam viſa eſſet Medico deterior, inde ſpem iſte aliquam concepit morbi vim remittere poſſe, ac propterea obſtitit, quantum valuit, ne ſacro Oleo, quod enixiſſime poſtulabam, inungi prope-

perarem. Parere tamen cum ille, tum Parochus S. Marci voluntati meæ adacti fuerunt; sicque die illo Sabbati extrema ea Unctione munitus fui. Quoniam vero tanta morbi violentia nullum prorsus detrimentum mentis valetudini attulerat, hinc idoneum me sensi, ut, dum eadem conflictarer, & Testamentum meum conderem, & Inscriptionem præterea Sepulcralem componerem. Postremis illis tabulis elegeram pro cadavere meo reponendo Ædem ipsam Tituli mei, tumulumque illum, quem cineribus suis ibidem struxerat Cardinalis Marcus Barbus, Patriarcha Aquilejensis, Pauli II. patruelis. Vacua omnino paulo ante deprehensa fuerat ejus tumuli fovea, ita ut nec Capsæ Sepulcralis vestigium ullum in ea compareret. Eo itaque loco cineribus meis recondendis electo, Inscriptionem illam animo omnino sereno, cujuscemodi a me servari posse toto morbi illius intervallo divina bonitas indulserat, confeci. In eadem minime omiseram testari venerationem, quam profiteor eximiis virtutibus Marci Card. Barbi, quarum memoriam perennandi causa Marmoreum hoc ante tres annos statueram in Atrio Palatii S. Marci monumentum, *Marco Cardinali Barbo, Pauli II. Patrueli, quod Ædes S. Marci Tituli sui novis operibus auxerit, quodque eas & domicilii amplitudini, & præsidio Urbis oppor-*

tunas, suaque tandem Patria cessuras, magna, sed iniqua pactione dimittere sancto, & invicto animo abnuerit, Ang. Mar. Card. &c. Accidit vero, ut Epitaphium meum illud vix a me traditum Canonicis S. Marci memoria mea revolvens ego, detexerim voculam quamdam in eo perperam positam fuisse, indeque animo adeo vehementer discruciari cœperim, ut non ita corpus febris æstu fluctuaret. Recordor, rem istam quum Cardinali Corsino, jam pristinæ valetudini restitutus, enarrassem, a me ipsum festive quæsivisse, num ægre ferrem meæ illius Inscriptionis omnium oculis exponendæ sublatam mihi fuisse opportunitatem. Illuxit reditus ille in pristinam valetudinem die morbi octavo, primusque omnium ad prosperum illum eventum dignoscendum amantissime accessit Fuscarenus, Legatus Venetus. Hic, re comperta, maximopere lætatus est; at ipsum una simul doluit, se proxime præterita Sabbati nocte Senatui Veneto tristia omnino literis suis de salute mea nunciasse. Fassus mihi fuit, hoc pacto easdem se exorsum fuisse, *La nuova di maggior rilievo, che debbo in quest'ordinario comunicar' a V.Ser. si desume da quest'istesso suo Regio Palazzo, nel quale giace il Cardinal Querini all' estremo della sua vita &c.* Supervenit, dum adhuc Fuscarenus mecum esset, Zanettinus Medicus, exploratoque venarum pulsu, hisce ver-

verbis Fuscarenum eundem affatus est, *Vada pure V. E. liberamente alla campagna come aveva disegnato di fare, mentre il Sig. Cardinale è già guarito*. Medici illius, ortu Brixiani, singulari peritiæ debeo non faustum dumtaxat hoc omen, cui omnino respondit eventus, sed abstinentiam etiam, qua ipse usus est nullum prorsus adhibendo remedium ad morbum, quo vexabar, curandum, fretus naturæ meæ viribus satis idoneis futuris ex semetipsis, quæ eundem, ut revera accidit, propulsarent. *Ringrazii*; ajebat mihi Cardinalis Corsinus, *il suo bravo Dott. Zanettini, che niente l'ha toccata durante il suo gravissimo male, mentre ogni altro Medico avrebbe fatto uno straccio del suo corpo con cavate di sangue, con vescicanti, con bottoni di fuoco, e allora sa Iddio cosa era della sua vita*.

Tam præclara beneficia, fugati scilicet brevi deterrimi morbi, cutisque meæ nullis medicæ artis tentamentis sauciatæ, quum tamen multo magis Creatoris summæ bonitati deberi a me intelligerem, quam naturæ meæ viribus, quam Medici sapientiæ; hinc, antequam etiam e cubili incolumis surgerem, deliberationem cepi, Sacellum Sanctissimi Sacramenti in Æde D. Marci situm, in quo, ut dixi, tumulari statueram, reficiendi, ornandique ea ratione, quæ in præsens omnium oculis spectandam se præbet, quamque, qu em-

ad-

admodum & caufam meæ illius deliberationis exponit Infcriptio ibidem collocata, videlicet,

Sacellum hoc
Sanctiſſimi Sacramenti
In quo
Scilicet in ipſomet Sepulcro
Marci Barbo Card. Aquilejenſis
Cineribus adſervandis extructo
Iiſdemque vacuo forte reperto
Suos tumulari mandaverat
Romæ gravi morbo decumbens
Anno MDCCXXXVII.
Angelus Maria Tit. S. Marci Card. Quirinus
S. R. E. Biblioth. & Ep. Brix.
Soſpes Ara, Theca Euchariſtica,
Septis, aliiſque ornamentis inſtruxit
An. MDCCXXXX.

Præter valetudinem cito redditam, & illæfum corpus fervatum, maximum aliud beneficium, quo me Deus, dum morbo illo tentarer, affecit, dulciffimo carmine Vulpius Poeta Epiftolarum fuarum Tiburtinarum tertia, cujus argumentum ille ipfe morbus, cecinit in hunc modum,

Horrida quantumvis lethi facies; tamen ipſe
Impavidus venienti, atque imperterritus illi
Occurris; prohibeſque dolentes undique luctus,
Dedecus ut magnum, importunas atque Tuorum
Amandas longe lacrimas: hinc funus amico

Lu-

Lumine conspiciens, virtutis propositum urges
Calcatum constanter iter, dum meta propinquat.

Inserit deinde conditi a me Testamenti mentionem, atque mox subdit,

Mox alacris, terrestri omni sic pulvere terso,
Cælestem in patriam Divina Viatica sumis.
Supremam ad luctam ceu athleta paratus, inungi
Sacro ultro hinc Oleo poscis, scribisque sepulchro
Ipse tuo jam jam insculpendum lugubre carmen.

Memorat tandem Superos, seu Sanctos, quorum ope terris redonari me posse consideret, divum scilicet Petrum, utrumque Marcum, Alexandrinum nempe, & Romanum, Abdon, & Sennen, Philastrium, & Ephræm.

Vos tamen, o Superi; Cælestis Claviger, inquam,
Qui Vaticano componere mausolæo.
Vos Marci Gemini, Venetæ cui publica cura
Gentis; Romulea præfulgens, Tuque, tiara,
Vos Abdon, Sennenque, precor, Philastrius, Ephræm,
Cælestesque alii, incolumem servate Quirinum!
Si vestrum decus ille; novas si cernitis Aras,
Munifica si templa manu; monumenta vetusto
Semisepulta situ quondam squallentia, si nunc
Marmoribus decorata novis, fulgentiaque auro
Vestra nitent &c.

Locum inter eos Superos assignat Poeta Sanctis Abdon, & Sennen, quod horum Sacrarium, situm sub Altari S. Marci, ornandum suscepissem, ut fidem facit apposita eidem Epigraphe, quæ testatur eorum Martyrum corpora tumulandi curam olim cepisse Quiri-

rinum Diaconum, hisce vero temporibus ad augendam exuviarum eorumdem venerationem Quirinum S. R. E. Cardinalem Presbyterum Sacrarium illud ornasse.

Medio mense Novembri omnino quidem sanus, at viribus nondum recuperatis, Brixianæ profectioni me dedi, nam, quamvis plures me ab eadem dehortarentur, non ex ea tantum causa valetudinis parum firmatæ, sed causa etiam tuendi præsentia mea Aquilejensis Patriarchæ commoda, optime quidem constituta, at fortassis absente me vacillatura, plus tamen valuit amor meus erga Brixianam Ecclesiam. Prosperavit Deus meam illam deliberationem, de qua re certior a me factus Cardinalis Corsinus, hisce verbis mihi gratulatus est die 7. Decembris, *Mi congratulo seco, che il Sig. Iddio abbia benedetto il suo coraggio di porsi in cammino così fresco di grave male, e in stagione cotanto rigida. S. Martino, che la richiamava in Diocesi, l'avrà ancora assistita.* In iisdem literis nonnulla habet de Promotione, quæ non ita proxima putari cœperat, ac ante putabatur ob causam quam dolenter ibidem exponit. Deinde ita subdit, *Avanti la Promozione (Dio poi sa quando) rileggerò al Papa quella così faconda lettera a favore di Monsig. Patriarca d'Aquileja, essendomi proposto che il restante lo faccia Dio, e la Santità Sua con i suoi*

suoi lumi superiori, dopo ch' avrà pesate le ragioni, e meriti di tutti.

Propior tamen fuit ea Promotio, quam Cardinalis Corsinus exstimaverat; perfecta siquidem illa est die 20. ejusdem mensis. Eo ipso die pro admiranda sua erga me humanitate idem rem, uti evenerat, hisce mihi verbis nunciavit, *So che troverò V. E. mal disposto a ricevere scuse, e ragioni, non tanto per me, quanto per chi ha l'autorità sopra di me, e sopra tutti, e che ha preterite le di lei savie considerazioni a favor di Monsignor Patriarca Delfino. Ma mi lusingo ancora, che la fiducia, che hanno altre volte trovata le mie parole in V. E. accrediterà la pura storia del fatto, che sono per raccontarle senz' entrare in ragioni. Sappia V. E che sull' accostarsi della Promozione sono pullulati gli Amici, ed i Protettori di Monsignor Rezzonico, come un sciame d' Api, e chi ha parlato, chi ha scritto, ed in somma chi declamato per Roma, che altri che lui non si doveva promovere &c. Io per tanto non ho mancato alla mia promessa, e trovandomi obbligato di legger al* Papa *il Biglietto del Sig. Cardinale Corradini, feci precedere la lettura della di lei robustissima lettera. Ma le Udienze erano state più frequenti de i Biglietti, e il Narrato di sopra fece impressione nell' animo, e nella mente Pontificia per l' avanti forse diversamente disposta.*

ſta. Io le ho promeſſa una pura Iſtoria del fatto. Nè la voglio diſguſtare colle ragioni &c. Parem omnino hiſtoriam retulit mihi Legatus Venetus, Marcus Eques Fuſcarenus, per literas, & ipſas conſcriptas 20. Decembr. quarum initium, *E' ſtato poi eletto Cardinale Monſignor Rezzonico, ma queſto parto ha coſtato di gran dolori. Il buon vecchio del Papa ha ributtato infiniti aſſalti per tre giorni intieri; dentro il qual tempo Rezzonico ſi tenne perduto &c. Finalmente il Papa cedette a un diluvio d'iſtanze, d'artifizj, e di rappreſentazioni &c. Corradini arringò pro forma, e laſciò poi in mano di Corſini una lettera eſponente le convenienze di Rezzonico. So che Corſini leſſe queſta lettera mercoledì ſera al* Pa*pa, e leſſevi pur di bel nuovo quella di V.E. &c.* Nihil prorſus a ſenſibus ſeu Corſini, ſeu Fuſcareni diſcors fuit Cardinalis Guadagnus in literis, quas mihi ſcripſit ipſe quoque die 20. Decembr. *Stimo mio preciſo debito*, inquit, *atteſa la premura dimoſtratami dall' E. V. per la preelezione al Cardinalato di Monſignor* Pa*triarca Delfino con ſuo ſtimatiſſimo foglio ſotto li 28. del caduto, ſignificargli candidamente, qualmente N.S. nell' eſſerſi determinato poco prima del Conciſtoro, ſi è degnato di eſprimerſi meco, e con altri, d'aver avuto riguardo al ſervizio preſtato alla S. Sede &c.*

Cun-

Cunctis hisce a me candide in medium allatis, vix, aut ne vix quidem erit qui non arbitretur, ægre admodum me tulisse Cardinalis Rezzonici Promotionem. At magnopere aberrare ita sentientes palam omnibus facient quæ de Epistola mea ante Promotionem illam ad se scripta prodidit Cardinalis Corsinus in sua, cujus partem jam recitavi, ipso die, quo accidit Promotio, ad me data, *Voglio*, inquit, *assicurarla, che ho fatto legger al Sig. Cardinal Rezzonico l'Articolo in cui V. E. parlava così vantaggiosamente, e con vera amicizia di lui nella sua lettera, ed egli n' è rimasto appagatissimo.* Scripseram enim ad Corsinum, mentem meam, in tuendis Delphini Patriarchæ partibus, unice captam fuisse Apostolicæ Sedis fulgore, huncque adeo lumina mea perstrinxisse, ut nec ad ipsum commodum in me redundaturum potius ex Rezzonici, quam ex Delphini in Sacrum Collegium cooptatione, ullo pacto animadverterim. Quodnam autem foret privatum meum illud commodum, statim declaravi, affirmando, fieri non posse, quin humanæ meæ utilitati, ac jucunditati consultum sat bene existimarem; siquidem Collega mihi in amplissimo Ordine daretur Præsul, cum quo per annos tres, & viginti conjunctissime vixeram, cujus hospes fueram per aliquot dies in urbe Fanensi, per quadrimestre

mestre vero spatium in Romana, quique absentem me assiduo literarum commercio recreare consueverat, Collega denique, quem Romæ frequenter invisendi opportunitas mihi esset adfutura, fovendique propterea ejusdem consuetudinem, ac benevolentiam, quam, magis etiam quam antea, devinciret subsequutura ex Cardinalatus gradu societas. Per hæc omnia, si humanos meos sensus consulerem, magnopere Rezzonicum mihi commendari conclusi, dum contra Delphinum, ut superius dixi, nulla prorsus necessitudo mihi conjungeret, dumque, quemadmodum per tot lustra ne semel quidem ipsum videram, facile accidere posset, ut æque facultas mihi deesset ejusdem conspectu fruendi reliquo vitæ meæ tempore. Etsi enim ambo unius Patriæ filii, amboque intra eandem ditionem versemur, haud unquam ille e Provinciæ suæ finibus exit, nisi negotiorum suorum causa Venetias proficiscatur; ego vero opportunitate carui per annos vigintiduos jam elapsos Patriam illam, quantumvis mihi charissimam, revisendi. Prodidi supra nec literarum officiosarum commercium ullum unquam mihi cum Delphino intercessisse, nunc vero addam, literis illis, quibus, ad Cardinalatum jam evectus, familiariter in præsens me dignatur Festis Natalis Domini redeuntibus, familiarius mihi in more esse reponere, ipsum

sum exorando, ut vetusto uti ritu pergamus, nam novum nil nisi inanem cærimoniam esse, quin aliquando etiam mendacium, & ludibrium, Roma ipsa me edocuerat. Satis ergo, imo manifeste constare puto, me rectæ conscientiæ pretio unice ductum Delphini partes juvare suscepisse apud Clementem XII. quod scilicet illa me excitasset, ut nihil in eo negotio antiquius haberem Romanæ Sedis honore, qui, ut ego censebam, triumphaturus foret, si tam conspicuis nominibus, quæ eidem Pontifici Cardinales creaturo Reges obtulerant, Italum Pontifex opponeret, cui prior locus deberetur. Nemo profecto culpæ mihi tribuet, quod triumphum illum summopere exoptaverim, Sedem Apostolicam mihi repræsentans Solis instar quælibet astra fulgore suo superantem; quodque eo desiderio abreptus, adactum me senserim *a tener forte* (verba literarum Fuscareni de me scribentis usurpabo) *contro la Casa Pontificia, e posso dire contra tutta Roma.*

Demum, antequam ab argumento prolixius jam pertractato ad alia pertranseam, profiteor me maximopere plaudere elogio, quod Cardinali Rezzonico contexuit Benedictus XIV. suis in Literis datis 1744. sub Annulo Piscatoris ad eundem Cardinalem, in quibus hæc leguntur: *Nobis quippe ante oculos obversabaris clarus non una Ecclesiastica*

ditionis provinciali Præfectura *illustris*, *gesta per tot annos summa cum Justitia, ac sedulitatis laude Romanæ Rotæ magistratu*, *spectatissimus denique amplissima Cardinalatus Dignitate*, *qua decorus Romæ inter præstantiores Collegas mirificam navabas assidue operam piis exercendis institutis*, *saluberrimis dicendis in Reipublicæ administratione sententiis*; *simul autem singulari præditus morum gravitate*, *atque innocentia*, *edebas magna Christianæ virtutis exempla: cujus illud tum quoque se Nobis obtulit*, *dum inopinato vocatus ad gubernandum* Patavinum *Gregem*, *anceps hæsisti*, *an arduo sustinendo oneri pares tibi adessent vires*, *nec nisi explorata per aliquot dies Dei voluntate*, *eaque comperta*, *illud subire voluisti*; *Statim deinde sacris caremoniis initiatus*, & *ad commissas oves progressus*, Pastorali *cura*, & *agendi suavitate Tibi adeo illarum amorem conciliasti*, *ut susceptum a Nobis Te eligendi consilium eximiis celebrent laudibus*, *idque apertissimo documento sit*, *Divino placuisse* Pastori, *quod te in partem* Pastoralis *solicitudinis vocaverimus*. Imo non solum plaudo elogio hujusmodi, sed accipiant,velim,Lectores pro ejusdem auctario factum, quod subdo. Rezzonicus præ opera, quam assidue Romæ navabat *piis exercendis institutis* (BENEDICTI verba rursus profero) *saluberrimis dicendis in Reip. administratione sententiis*, nihili fecisse comperitur Vicentinas Insu-

Insulas valde insignes, quæ vacabant ex morte Sebastiani Venerii, Antistitis præstantissimi, quasque ante hunc administraverat per annos quamplures Rubinus Cardinalis, Alexandri VIII. Nepos, eidemque a Secretis Status, *Non si è curato* (inquit Corsinus de Rezzonico in Epist. 13. Sept. 1738.) *di lasciarci per la bella Chiesa di Vicenza*, idque quamvis *si trovasse* (Corsini pariter sunt verba) *con due mila Ducati Veneziani per intiera provista*. Resultabat, oportet, hæc summa ex Sacerdotiis, quæ ille tunc possidebat, scilicet Forojuliensi, binisque Veronensibus; hisce autem addi paulo post promeruit Pensiones aliquot, uti vocamus, activas, ac postea Abbatiam S. Zenonis de Verona. Addere mihi liceat ultimo loco, gloriæ meæ me ducere, inopinatæ, quam Pontifex dicit, vocationi Cardinalis Rezzonici ad Patavinum Episcopatum meam deliberationem aditum fecisse, eam scilicet, quam Romæ publicavi die 7. Febr. 1743. per Epistolam ibidem impressam, ad Populum meum Brixianum transmissam. Eandem absolvi maximas Deo optimo gratias agens, *Che il gran lustro della Chiesa di Padova, le sue grandi ricchezze, la sua vicinanza alla Dominante, nostra Patria, non hanno avuta forza di sciogliere quella mutua carità, che regna tra il Vescovo di Brescia, ed il suo Gregge*.

CAPUT X.

De invisa frequenter, occasione itineris Romani, Abbatia Vangaditiensi, dataque ibidem opera primo quidem paranda Mansioni Abbatibus Commendatariis, deinde ornandæ Sacræ Ædi, ac tandem condendo Seminario Clericali; de habito in nova Cathedrali Brixiana an. MDCCXXXIX. *Sermone inter Missarum solemnia, & de favore, quo eundem Civitatis Magistratus exceperunt.*

FRequenter, ut ex superioribus Capitibus constat, a me peractæ ad Romanam Urbem profectiones in causa fuerunt, ut crebro etiam adirem Vangaditiensem meam Abbatiam in Rhodigina peninsula sitam, solisque viginti milliaribus Ferraria distantem. Eo autem veniens, subinde occasiones capiebam novi quidquam ibidem moliendi, seu constructiones scilicet aliquas imperandi pro Domus Dei præsertim decore, seu pia opera ad bonum oppidi illius, aliorumque Vangaditiensi Abbati subjectorum instituendi. Itaque, postquam satis idoneam Mansionem, e sordibus, & ruinis magno sumptu ereptis quibusdam amplis cubiculis, mihi, & Successoribus parassem, qua omnino caruerant Decessores, adacti proinde, quoties ad suam illam ditionem accederent, sub alienis tectis commorari, animum appuli ad sacram ejusdem Abbatiæ Ædem ornandam. Brevi prin-

principem illius Aram, Chori subsellia, Pavimentum marmoreum ære meo extrui curavi. Majus deinde opus aggressurus, de condendo, ære pariter meo, Seminario cogitavi, in quo Vangaditiensis jurisdictionis Clerici, qua ratione fieri consuevit in urbibus Episcopalibus, instituerentur. Loca igitur plura Abbatiali Mansioni propinqua, atque ad jus Commendatarii ipsius spectantia, ita, me jubente, seu instaurata fuerunt, seu refecta, seu constructa, ut Clerici saltem duodecim commode ibidem habitare valerent. Hisce autem operibus, Deo juvante, perfectis, a Pontificia, & a Veneta Potestate haud omisi obtinere quæcunque opus forent ad constabiliendam futuris temporibus Clericalem illam institutionem. Initio pro dote ejusdem Collegii singulis annis scuta Romana tercentum de meo subministravi, hujuscemodi oneri me satisfacturum pollicitus, donec par summa ex uniendorum loco illi Beneficiorum simplicium redditibus resultaret. Prætergressus est vota mea Clemens XII. quippe qui ad cuncta opera, unde pro certo haberet animarum bono magnopere consuli, non collaudanda tantum, sed Apostolicæ benignitatis adjumentis roboranda, ac amplificanda semper, & ubique foret ex pietate sua propensissimus. Annuit ille videlicet, opem ad id ferente Cardinali Datario, ea ipsa summa, quam dixi, Vangadi-

tiensem Abbatiam gravari Pensionis titulo, quæ tamen seu omnino aboleri, seu decrescere deberet pro rata portione redditũum Beneficiorum simplicium, Seminario illi, quum vacaverint, adnectendorum. Fieri jam cœpta in præsens per me quorundam illius generis Beneficiorum unione, quam indulget sanctio Concilii Tridentini, suppleo ipse valde libenter pecunia mea reliquam summam in eo Diplomate statutam. Pontificiæ beneficentiæ cito calculum suum addidit Princeps Venetus, amplissime suam scilicet impertitus est Seminarii ejusdem erectioni authoritatem, idque post exhibita sibi Consultorum suorum suffragia. Bonam unius tantum partem recitabo, quod scriptis mandavit Tryphon Urachien: *Tutt' il Cristianesimo riconosce la fondazione delli Seminari per uno dei frutti più scielti, che nella venerabil Adunanza di Trento abbia saputo produrre la pietà, e il calore zelante de' Padri, arrivando molti per testimonio del Cardnale Pallavicino a dire, che ove altro bene non si fosse fatto in tante Sessioni, questo solo ricompensava tutte le fatiche, e tutti li disturbi, come quell' unico mezzo, il quale si ritrovava efficace a riparare la scaduta disciplina, ed a sostituirvi la virtù, base di tutte le Polizie, asilo della povertà, ed anima della vita civile. All' esecuzione di tal Legge Ecclesiastica ponendo ora mano il Sig.* *Car-*

Cardinale Querini nella sua Abbazia della Vangadizza, ch' esente da ogni subordinazione a Cattedra Vescovile, costituisce per se territorio esente, e Diocese separata, onde a tenor delle Massime Canoniche concorrono, e si uniscono in chi la regge non solo le prerogative, ma le obbligazioni insieme di Diocesano, cioè di persona caricata d' Abito, e di Officio Episcopale, alla Serenità Vostra pertanto ei presenta Memoriale ossequioso, affinchè per l' apertura del nuovo Seminario, il qual divisa di fondarvi in luogo opportuno, Ella si compiaccia non negare gli auspizj del suo Sovrano Assenso. Accettato dalla Serenifs. Rep. in esempio ad altri Prencipi Cattolici con insigne lode della sua pietà il Concilio di Trento, non vi ha dubbio ch' Ella vi conobbe proficua segnatamente l' admissione del Decreto dei Seminarj, disposta però sempre di donarne all' osservanza del medesimo il Regio suo favore, mentre nessun vantaggio può promoversi più grande di questo, che tiene per oggetto il perpetuare a pro de' Sudditi, e conseguentemente dello Stato colla coltura delle buone Arti, e de' costumi il fondo di una perfetta educazione. Quanto però commendabile viene l' opera per li meriti Eminenti dell' Autore, e per gli effetti molto utili che conviene sperare dalla medesima, tendenti a introdurre nella gioventù probità, e letteratura, edificazione, e profitto nelle famiglie, decoro e culto nella

Chiesa, credemo altrettanto impegnata giustamente la Provvidenza della Ser. Vostra in animarne colla sua approvazione l' idea. Basterà ch' i Beni Ecclesiastici, i quai per sostegno del Luogo Pio assignar volesse il Sig. Cardin. restino sottoposti in ogni tempo alle solite gravezze, e fazzioni, senza derogar punto alla Legge 1605. per cui s' inibisce l' acquisto de' Stabili dalla mano de' Laici o Contraenti, o Benefattori. Età di oro celebrano gli Storici quella di Augusto che riformò l' aspetto rozzo di Roma &c. Hæc omnia eo libentius recitavi, quo clarius inde constat, Venetæ Reip. Consultores rectis, & piis sensibus passim abundare, hosque præsertim promendo sapientissimi Senatus assensionem dictis suis eosdem comparare.

Cura a me suscepta in Vangaditiensi Seminario erigendo (cujuscemodi noram instructam fuisse a S. Carolo Borromæo Nonantulanam Abbatiam, nec aliud forte exemplum extare usquam in tota Italia, præterquam in Urbibus Episcopalibus) ea, inquam, cura conglutinavit me quodammodo arctius quam antea cum Brixiana mea Diœcesi, a qua scilicet haud multo aberat memoratum Monasterium. Ex literis Card. Corsini, quas modo ob oculos habeo, apertum mihi redditur, adeo me aliquando in meæ Sponsæ amorem exarsisse, ut eidem Cardinali visus sim præ illa vel ipsum Romanum domicilium flocci facere.

Ita

Ita enim ille ad me ſcripſit 23. Maji 1739. *Colla ſolita bontà ſua mi onora V.E. delle ſue ſtimatiſſime nuove, e oltre il ſentirle ottime, come deſidero, mi vuole accreſcer il giubilo con dipingermiſi così contenta anzi ſuperba della ſua ſorte, che pieno di compaſſione riguarda queſte Noſtre occupazioni, che pur riguardano o la Chieſa Univerſale, o il Principato non ignobile di uno dei non diſprezzabili Stati d' Italia; di Roma in ſomma Spirituale e Temporale, Capo una volta del Mondo, e preſentemente della Religione. Infin la Biblioteca Vaticana non ha più forza nel di lei ſpirito, quaſi che anche lontana non foſſe un fregio per un Cardinale, tanto più ſtimabile, che meritato, e riportato ſopra tanti Competitori riconoſciuti di minor merito, benchè poteſſero aver maggiori appoggi, e maggior favore. Io non pretendo per altro coll' innalzarle la Conquiſta, e il Conquiſtatore farle perdere l' amore di Spoſo per la ſua Chieſa, ne l' umiltà di ſucceſſore degli Apoſtoli. Ella poſſiede &c.* Convenerunt me amantiſſimæ Corſini literæ iſtæ, dum totus calerem cupidine promovendæ conſtructionis Ædis meæ Cathedralis, cujuſque incrementis haud parum obſtare poſſe verebar intenta Brixianæ juventutis ſtudia ad ſtruendum magnæ molis ædificium exhibendis ſpectaculis deſtinatum; totus, inquam, calerem ea cupidine, ac proinde amore con-

ju-

jugali, quem illæ ipsæ Corsini literæ indicarunt. Habueram siquidem paucis hebdomadis, antequam eædem meas ad manus adventarent, in novo eo Templo Concionem, quam si integram hoc loco recitavero, veluti facere constitui, facile erit unicuique dignoscere, nil mirum fuisse vel ipsum Romanæ Curiæ splendorem a me quodammodo fastidiri, dum omnibus viribus incumberem in Sponsæ meæ cultum, quem spectabilem reddere curabam non ex unius tantum Templi magnificentia, sed, quod potissimum erat, e Christianæ sanctioris disciplinæ institutis. Hujusmodi fuit Concio illa.

„Avrete al certo, o Dilettissimi, presente alla memoria l'invito, che già due „anni vi feci da questa istessa Sede Pontificale, vestito de' sagri abiti, che ora pure mi „coprono, nella festività appunto, che viene oggi solennizzata, l'invito, dico, di concepire un sommo giubilo per la divina ufficiatura introdotta allora la prima volta „in questa nuova Cattedrale; e così anche „vi sovverrete d'aver io applicato a detta „lietissima circostanza le parole odierne di „Chiesa santa: *Hæc dies, quam fecit Dominus; exultemus, & lætemur in ea.*

„Argomento di consimile gioja ce lo veggiamo di presente somministrato dall'essersi „oramai posta mano all'augusta facciata del „Tem-

„Tempio, e dal trovarsi in questi giorni „eretta una delle sei maestose colonne, che „debbono ornarla: cosicchè posso ora farvi un „secondo invito, valendomi delle parole, „*Cantate Domino Canticum novum*; mentre „ridotta, che sia in breve al suo termine la „detta facciata, questa con aprire libero ac-„cesso all'interno del Tempio ci darà il go-„dimento d'esclamare con Davide: *Lætatus „sum in his, quæ dicta sunt mihi; in domum „Domini ibimus*.

„Ma affinchè e tale speranza di veder com-„pita la facciata, e il godimento di cantare „detto versetto siano per avverarsi, fa d'uo-„po, o Dilettissimi, che la vostra memoria „renda pure presenti a se stessa i forti ecci-„tamenti, che non solamente nel detto sa-„gro discorso di già due anni, ma in molte „lettere Pastorali poste alla stampa, furono „da me dati alla vostra pietà di allargare ge-„nerosamente la mano, per rendere perfe-„zionata questa nobile Basilica, nella quale „ha da trionfare prima la gloria di DIO, e „poi quella della vostra cotanto illustre Cit-„tà. Lasciati pertanto da parte i motivi tut-„ti, de' quali mi sono servito altre volte, ed „i quali con facilità potrete rimettervi in „mente con rileggere dette Pastorali, ho ri-„soluto di valermi nelle poche parole, che „sono per dire questa mattina, unicamente „di

„di quelli, che mi somministrerà S. Ambro-
„gio Nostro grand' Arcivescovo di Milano,
„il quale ben merita di essere da voi ascolta-
„to con tutta attenzione.

„E in primo luogo udite, come parla a'
„ricchi in uno de' suoi Sermoni fatto per la
„Dedicazione del Tempio: *Reddite pro bene-*
„*ficiis, quæ habetis, munera, ab ipso accepistis,*
„*quod offeratis, ipsius est, quod solvitis. Dona,*
„*inquit, data mea; hoc est, quæ offertis mihi*
„*dona, data sunt mea.* Se poi chi m' ascolta,
„fosse di quelli, i quali non hanno ricevuto
„dalle mani di Dio, che facoltà mediocri e
„tenui, non per questo il Santo Dottore gli
„assolve dal debito di concorrere a benefizio
„del Tempio con limosine proporzionate al-
„le medesime. Gli propone anzi nell' istesso
„sermone l' esempio di due buoni Cristiani,
„Vitaliano, e Majano, i quali dice aver avu-
„to gran merito nella costruzione di quella
„Chiesa, benche scarsi di beni di fortuna;
„*nam hoc Tabernaculum etsi plures construxe-*
„*runt, hi tamen sumptu operati sunt uno as-*
„*sensu*, dice S. Ambrogio, e poi subito sog-
„giunge: *& quo tandem sumptu, cum sint in*
„*sæculo mediocres, & tenues? Quo tandem sum-*
„*ptu?* La risposta gliela suggerisce S. Paolo:
„*Abundantia fidei, & divitiis simplicitatis;*
„*est enim sanctis viris semper dives ipsa pau-*
„*pertas*. Conchiude poi il Santo Arcivesco-
„vo:

„vo, *Totam enim ſubſtantiam in hujus factu-*
„*ram operis expenderunt, & ipſis nihil deeſt*.
„Nella ſtruttura di queſto Tempio hannò
„conſu mata tutta la loro ſoſtanza, *& ipſis*
„*nihil deeſt*, non manca loro il modo di vi-
„vere, non manca loro il proprio biſogno,
„non manca loro coſa alcuna, *nihil deeſt*.

„Tal eſempio di Majano, e di Vitaliano,
„a' quali niente mancò dopo aver impiegato
„il loro bene nella ſtruttura del Tempio, ci
„ha da inſegnare, o Dilettiſſimi, a non ſcan-
„dagliare troppo ſottilmente il fondo delle
„noſtre facoltà, quando ſi tratta di dar aju-
„to con porzione di eſſe alla Caſa del Signo-
„re. I ricchi poi animar ſi debbono molto
„più, mentre ſe agli altri dopo sì fatte li-
„moſine *nihil deeſt*, neppure mancherà a loro
„quanto biſogna per ſoſtenere i peſi delle nu-
„meroſe famiglie, per conſervare lo ſplendo-
„re delle medeſime, e per laſciare convene-
„voli eredità a' diſcendenti. Sì, o Signori,
„rimuneratore generoſo dell' opere buone
„l' Altiſſimo, non abbiate paura, che vi fac-
„cia cadere in povertà, nè che vi laſci di-
„ſcendere dal voſtro ſtato per eſſervi dimo-
„ſtrati liberali con eſſo, e con la ſua Caſa.

„Ma ſe poi uſandoſi da voi riſtrettezza con
„queſta, ſi diffondeſſe la liberalità voſtra in
„vanità di luſſo, di piaceri, di giuochi, di
„converſazioni, di ſpettacoli, allora sì, che
„avre-

„avreste da temere le collere di Dio, che
„vedendosi posposto agl'Idoli mondani, gri-
„darebbe con voce tremenda, come ha fatto
„altre volte, *zelans zelabo Jerusalem zelo ma-
„gno*; e vi farebbe conoscere, quanto gli sia
„a cuore la vendetta del suo Tempio, *ultio
„Domini est, ultio Templi*. Pensateci seria-
„mente, o Signori, mentre il Dio delle mise-
„ricordie, per esser tale, non lascia di appa-
„rire sovente nelle sagre Lettere *indutus ve-
stem ultionis*.

„A questo passo non voglio trattenermi, o
„Dilettissimi, dal farvi sapere, quanto gra-
„ve sia riuscito al mio animo l' intendere
„promosso recentemente da taluni il discor-
„so di dar subito mano alla costruzione d'un
„nuovo Teatro, e d' un nuovo luogo di pub-
„blici divertimenti, dopo l'orrendo pericolo,
„che si corse dalla Nobiltà assieme raccolta
„in una dell' ultime sere del prossimo passa-
„to Carnovale. Se mai credessi, che alcu-
„no di chi ora m' ascolta, avesse nudrito un
„pensiere così pregiudiziale alla maestà del
„nostro Creatore, alla di cui Casa volesse
„preferito con pubblico Decreto il Tempio
„del piacere, e della vanità, ripigliarei su-
„bito per mano il grande Arcivescovo, e
„m' infiammerei dello stesso santo zelo, che
„lo portò a scrivere all' Imperatore Valen-
„tiniano, che si guardasse bene dall' appro-
„vare

„re l'editto di Simmaco Prefetto di Roma, „per l'instaurazione dell' Altare della Vit„toria. Esclamerei, che quantunque la sala „pericolante servisse anche per gli esercizj „cavallereschi, e per celebrare le gloriose „azioni de' Personaggi, esclamerei, dico, „come S. Ambrogio, nel sentirsi fatta una „consimile obbiezione in favore di detto Al„tare della Vittoria, *Deferendum meritis cla„rorum Virorum, & ego suadeo, sed Deum cer„tum est omnibus præferendum*; de' vostri eser„cizj cavallereschi, e delle vostre Accade„mie, o Signori, direi io pure, *& ego sua„deo*, ma in confronto di questa Basilica, che „la vostra religiosissima Città ha preso im„pegno di edificare, farei subito obbligato a „soggiungere, *sed Deum certum est omnibus præ„ferendum*. E chi non sa doversi Iddio pre„ferire a tutti senza che alcuno possa crede„re di riceverne ingiuria? *Nullius injuria est*, „seguita il Santo Dottore, *cui Deus omnipo„tens antefertur*. Come poi il medesimo S. „Ambrogio introduce l'anima di Graziano „Imperatore a querelarsi del fratello Valen„tiniano già disposto a segnare il Decreto „di Simmaco in pregiudizio degli altri pub„blicati da esso a favore della santa Reli„gione: *Imperia mea*, sono queste le parole „che mette in bocca di Graziano S. Ambro„gio, *de Religione divina omnibus sæculis man-*

„*sura*

,,*sura putabam*. Pensavo, che quanto ave-
,,vo io decretato a favore della Religione
,,dovesse avere un'eterna stabilità; tali miei
,,decreti erano i monumenti di pietà, quali
,,avevo io avuto cura d'innalzare: *Hos ego*
,,*titulos piæ virtutis erexeram*. A questa par-
,,lata, dico, dell' Imperatore Graziano fa-
,,rei corrispondere, o Signori, quella de'
,,vostri illustri Antenati, che sollevando il
,,capo dalle loro tombe, ed accennando col
,,dito i marmi di questa augusta Cattedra-
,,le, gridasse ognuno di essi: *Hos ego titu-*
,,*los piæ virtutis erexeram*. Questi marmi,
,,queste pareti, questi intaglj furono da
,,noi principiati, perchè condotti a fine
,,da' nostri Posteri, restassero memorie per-
,,petue della pubblica pietà, *Omnibus sæ-*
,,*culis mansura putabam imperia mea*, cioè
,,i decreti formati da' nostri Consiglj gene-
,,rali, cioè i titoli eretti dalla nostra Reli-
,,gione, *Hos ego titulos piæ virtutis erexe-*
,,*ram*.

,,Concluderei indi con il medesimo Ar-
,,civescovo, che quando si volesse pensare
,,a far precedere la fabbrica del Teatro a
,,quella del Tempio di Dio, sarebbe ob-
,,bligo indispensabile del vostro Vescovo il
,,farsi sentire contro tanta abbominazione:
,,*Si civilis causa esset*, sono parole di Sant'
,,Ambrogio, *diversæ partis responsio daretur*,
,,*causa*

„*causa Religionis est*. E chi ha da comparire? „chi ha da essere l'Attore? Il Vescovo, il Ve„scovo, *Causa Religionis est, Episcopus conve„nio*. E riflettete, o Signori, che se S. Ambro„gio con il suo zelo arrivò a intimare all' „Imperatore Valentiniano, che, approvato „che avesse il Decreto di Simmaco, la Chie„sa non si sarebbe più curata de' suoi doni: „*Munera tua non quærit Ecclesia*; l'Altare „di Cristo avrebbe rigettate le sue offerte: „*Ara Christi dona tua respuit*; Gesù avreb„be rifiutato il suo ossequio: *Obsequium tuum „Dominus Jesus recusat*; riflettete dico, o Si„gnori, che cosa dovrebbe dirsi da me, quan„do i doni, le offerte, l'ossequio da pre„sentarsi alla Chiesa, fossero stati profana„mente impiegati nel Teatro, e nel ridot„to delle danze?

„Nè mi dite, o Signori, non aver che „fare l'Ara superstiziosa di Simmaco co' vo„stri Teatri, e co' vostri spettacoli, mentre, „senza abbandonare S. Ambrogio vi faccio „con questo sapere, che anzi niente ha da „fare Cristo, a cui vi siete impegnati di fab„bricare la Casa con le vanità del secolo. „Passando dunque dalla sua lettera scritta „a Valentiniano al suo commento sopra il „versetto del Salmo: *Averte oculos meos, ne „videant vanitatem*, sentite come parla de i „spettacoli: *vanitas est illa, quam cernis*.

„*Pantomimum aſpicis, vanitas eſt. Luctato-*
„*res aſpicis, vanitas eſt. Equos currentes aſ-*
„*picis, vanitas eſt. Averte*, ſeguita il San-
„to a parlare, *averte oculos a ſpectaculis*,
„*averte ab omni ſæculari pompa*. A Criſto,
„a Criſto, conchiude S. Ambrogio, alzar
„conviene gli occhj noſtri: *Ante nos eſt Chri-*
„*ſtus*, ſia egli l'oggetto de' noſtri ſguardi,
„ed il premio della noſtra carriera, *ante*
„*nos bravium ejus*.

„Allontanate dunque (conchiudo il mio
„diſcorſo) allontanate da voi, miei cari Si-
„gnori, il penſiere del Teatro, e rendetevi
„ſempre più intimo, e caro quello del Duo-
„mo nuovo, ora in iſpecie, che la coſpicua
„facciata, la quale ſi forma, ſta per aprir-
„vi un limitare non già vacillante, quale
„avete ſperimentato il pavimento del Tea-
„tro, ma ſtabile e fermo a guiſa di ben fon-
„data Geruſalemme, onde al verſetto Da-
„vidico: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt*
„*mihi, in domum Domini ibimus*, poſſiate
„ſoggiungere con ragione, *ſtantes erant pe-*
„*des noſtri in atriis tuis Jeruſalem, Jeruſa-*
„*lem, quæ ædificatur ut Civitas*; ed ora che
„ci vediamo per mezzo della detta facciata
„renderſi imminente *lætitia magna in popu-*
„*lo*, cioè quella, che ſi legge nel primo li-
„bro de' Maccabei, aver fatto eſultare il Po-
„polo d'Iſraello, allorche *ornaverunt faciem*
„*tem-*

„*templi, dedicaverunt portas, & imposuerunt* „*eis januas*. Tanto maggiore poi ha da esse„re la nostra allegrezza, quanto più unifor„me al prospetto della nostra facciata racco„gliamo dal libro dell' Esodo essere stato il „prospetto della fronte, o atrio del Taber„nacolo, leggendosi in esso libro, che in un „fianco del detto atrio si trovavano *columnæ* „*tres, & bases totidem*, e che quattro colon„ne aveva la porta *columnas quatuor cum ba*„*sibus totidem*. Così bella rassomiglianza del„le colonne, che ora si alzano della nostra „facciata con quelle dell'atrio del Taberna„colo, sia quella, che ci faccia vieppiù in„vaghire di renderla ben presto compiuta; „e così anche di sollecitamente avvanzare „gli altri lavori, che restano a perfeziona„re l'interno di questa Basilica: onde ridotta „allo stato, che si sono prefissi i nostri Mag„giori, possiate voi santamente insuperbir„vi, che tal sorte in vano aspettata dall'età „superiori sia toccata alla vostra; e possa io „farmi sentire ben presto nuovamente da „questa Sede con prendere per tema del mio „discorso le parole del cap. 9. del 3. libro de i „Re: *Cum perfecisset Salomon ædificium domus* „*Domini, dixitque Dominus ad eum: exaudi*„*vi orationem tuam, & deprecationem tuam,* „*quam deprecatus es coram me:* SANCTIFICAVI „DOMUM HANC, QUAM ÆDIFICASTI. E così sia.

Quodnam retulerit ex meo isto Sermone Templi ædificatio emolumentum, an valde ille Auditores meos excitaverit ad æmulandum Vitaliani, & Majani exemplum, unde de illis quoque dici valeat, *totam substantiam in hujus facturam operis expenderunt*, ii dicent, quos colligendis ad id operis eleemosynis præfeci. Ego autem hoc dumtaxat affirmabo, reperiri quamplurimos inter Brixianos Cives, quibus Vitaliani & Majani illud aptetur, *& ipsis nihil deest*. Nec mihi defuisse gratum eorundem erga me animum, quo magis, magisque inflammaretur iste ad benemerendum de ea mole, etsi hujus proprietas ad ipsos, non vero ad Episcopos pertineat, palam faciet Decretum, quod statim recito gratus & ipse ob dona a Brixiano Magistratu donis meis repensa. *Adì 16. Marzo 1739. Fin ne' primordj del passato secolo, preso da questa Città il glorioso impegno di fabbricare un nuovo, insigne, maestosissimo Tempio, che potesse corrispondere al decoro, con cui deve l'Altissimo adorarsi sopra gli Altari, ed offerirgli un culto e più religioso, e più degno, fu anche con splendidezza corrispondente alla di lei connaturale pietà principiata con l'acquisto de' fondi, e proseguita notabilmente la cospicua impresa fin all' anno 1630. allor quando insorte fatali contingenze d'un' età travagliosa, rimase la medesima abbandonata, e giacente, anzi quasi*

si proscritta la speranza di mai più vederne il suo compimento; quando essendo piacciuto al Signore di suscitare lo spirito dell' Eminentissimo Signor Cardinale Angelo Maria Querini nostro sommo Sacerdote, e venerato Pastore, acciò con zelo veramente maggiore d'ogni aspettazione si prendesse per primo suo pensiere il promovere, e far, che si proseguisse finalmente un' opera a Dio di tanta gloria, di tanto merito a Sua Eminenza, e di tanto applauso al nome Bresciano; ed esso, che ben sapeva, come in tale proposito si era Iddio espresso con il suo Profeta Aggeo, che meum est aurum, meum est argentum, *subito concepì nel suo splendido cuore il grande sentimento di concorrere con grossi sussidj all' avvanzamento della prodigiosa principale Basilica, e ne sciolse il voto, quando con li preziosi abbellimenti del Coro, che lo resero atto al Divin culto, e col visibile proseguimento all' interno augusto, cospicuo Santuario, fece spiccare con pubblica maraviglia non meno la di lui pietà, che il Pastorale suo zelo. Fu allora, che da' nostri Precessori, consigliati da una rispettosa, e dovuta riconoscenza, fu deliberato, che nel sacro luogo fosse scolpito in marmo un onorevole Elogio, che facesse spiccare una manifesta, e perpetua testimonianza d'averlo S. Em. fuori d'ogni speranza renduto atto agli Uffizj divini* proprio ære large collato. *Di ciò però non con-*

contento il sempre sollecito, e vigilante Ecclesiastico Principe, da cui inteso, che cominciavasi a dar mano alla facciata del gran Tempio con il lavoro delle sei ben alte, prodigiose colonne, si compiacque a giorni scorsi di replicare un nuovo argomento di sua eroica pietà, con una generosa limosina di scudi mille, ed in oltre con sue paterne, e tenere espressioni ci ha fatto sperare il molto più, che promette, nel proseguirsi dell'opera; la di cui magnanima intenzione ci ha talmente animati ad indefessamente travagliare nell' opera stessa, che in breve giro di tempo ci giova l'assicurarsi della sua total perfezione. Condotti adunque da tali e tanti doveri, e dall' accennate beneficenze non meno, che da' savj riflessi degl' Illustrissimi Signori Deputati alla Fabbrica stessa, abbiamo terminato, che siccome, compinta detta facciata, dovrà in luogo proprio della medesima collocarvisi l'arma di questa Città, come padrona del gran Tempio, con quell' Iscrizione, che sarà creduta convenevole, così contemporaneamente dovrà pure nella facciata stessa esservi incisa in pietra altra onorevole Iscrizione, con cui azioni tanto zelanti, e sublimi del nostro beneficentissimo, ossequiato Pastore venghino a conservarsi manifeste, ed eterne in vista di tutta questa nostra Provincia. E perche possa da' Posteri, e Successori venerarsi e l'esemplare, e l'Autore di sì gran benefizio, dovrà sopra di essa collocarsi il suo

Bu-

Busto con la sua effigie di fino marmo.

Così illuminata da sì illustre, e nobile esempio, e da forti eccitamenti, e da frequenti Pastorali di questo nostro Eminentissimo, e gloriosissimo Vescovo, tutta questa Città, e Diocesi udirà più facilmente la voce del Dio degli eserciti, che pure grida al suo popolo nel detto Profeta: „Ascendite in montem, portate ligna, & ædi„ficate domum, & erit acceptabilis, & glo„rificabor in ea; *e tutti noi* ingrediemur ad „faciendum opus in domo Domini exerci„tuum Dei nostri.

Francesco Maggi Abbate, Antonio Gandini Avvocato, Gio: Martinengo Deputato, Beniamino Calini Deputato, Vespasiano Luzzago Deputato, Simeone Paratico Sindico, Carl'Antonio Fisogno Sindico. L. S. *Andreas Ganassonus alter Magnif. Civitat. Brixiæ Cancell.*

Subdam modo Brixianum aliud Decretum, unde dignoscetur, nihil odiose a me dictum fuisse, dum Templi causam adversus Theatri patronos peroravi; mea enim dicta illa adeo non fastidivit Civium horum pietas, ut ea typis commendari debere statuerit. *Adì* 4. *Aprile* 1739. *Il pastorale zelante Sermone detto nel Coro di questa nuova Cattedrale dall'Eminentissimo Sig. Cardinale Angelo Maria Querini amorosissimo nostro Vescovo nel giorno solenne di* P*asqua alli* 29. *di Marzo del* 1739. *nel celebrarvi, che fece pontificalmente la Messa, ci ha per*

la seconda volta talmente animati, che non abbiamo potuto dispensarci dal supplicare umilmente un sì benefico, e piissimo Principe *a degnarsi di concederlo al nostro sommo rispetto.*

La grazia ci è stata benignamente accordata, e come non dobbiamo dal canto nostro ommettere cosa alcuna, che contribuir possa alla maggiore esecuzione delle fervorose sue insinuazioni, così crediamo ben fatto l'ordinare col mezzo delle stampe la pubblicazione di quello, unito all' annesso pubblico Decreto, acciocchè passando a notizia di tutta questa Provincia, possa più facilmente risvegliarsi in chi non avesse incontrata la fortuna d'udirlo, quel nobile, e generoso sentimento, che viene da S. Em. con tanto zelo inspirato di concorrere con offerte anche maggiori del passato al glorioso proseguimento di questo insigne maestosissimo Tempio.

S. D. M. accolga i nostri voti, e faccia, che venga da questo sollecito vigilante Pastore rinnovata l'intimazione, che fece Mosè al suo popolo, nel fabbricarsi il Tabernacolo custode dell'Arca, di cessare da ulteriori obblazioni; e così possa dirsi anche a' nostri tempi, ed a gloria de' nostri Cittadini: „Sicque cessatum est a mune„ribus offerendis, eo quod oblata sufficerent, „ac superabundarent.„

Tratta dal lib. 3. delle Terminaz. dell'Illma Consulta sopra la Ven. Fabbrica del nuovo Duomo di Brescia. In fede &c. Gio: Faust. Fedreghini Canc.

CA-

CAPUT XI.

De Francisci Barbari, Patritii Veneti præstantissimi, Brixianæque Urbis, a Mediolanensium Duce oppugnatæ, defensoris invicti, Epistolarum Collectione ex MSS. Codicibus adornari cœpta an. MDCCXXXIX. *eademque postea aucta Epistolis, & ipsis non antea editis, Ludovici Fuscareni, quo nullus amicitia, & virtutis similitudine Francisco Barbaro conjunctior.*

PErinde ac si tot vincla, de quibus superius, ad me Brixiano domicilio colligandum satis non forent, arctius iisdem adstringendis accessit fortuitus occursus nominis Francisci Barbari, dum Tomum vigesimum octavum Ephemeridum literariarum, quarum auctor Cl. Apostolus Zenus (non memini quam ob causam) evolverem. Ibidem itaque hæc legi pag. 138. & sq. *Quegli, che difese Brescia; che fù discepolo del Crisolora; che scrisse il libro de re uxoria; che tradusse dal greco di Plutarco le Vite di Aristide, e di Catone, che scrisse epistole, ed orazioni; e che morì nel MCCCCLIIII. fù quel Francesco Barbaro, Dottore, Cavaliere, e Proccuratore, amico del Filelfo, e di tutti i grand' uomini del suo tempo. Il nostro Ermolao in un' altra lettera al P. Arnoldo data agl' Idi di Febbrajo dell' anno MCCCCLXXXVI. esistente nel codice A. sopracitato p. 78. informando questo Religioso di mol-*

molte cose a se, e alla sua famiglia appartenenti, dice così di Francesco Barbaro: „Franciscus Barbarus mihi Paternus fuit Avus, „Orator in urbe nostra summus, sed utra„que lingua, librum de re uxoria condidit „pene puer, sicut & Aristidis, & Catonis e „Plutarcho vitas ad Zachariam Fratrem, „quem Veronensis Antistitis Hermolai Pa„trem fuisse non falleris conjectura. Is (*cioè* „*Francesco*) libros epistolarum multos reli„quit, quos quidem cum primum per pesti„lentiam licuerit, imprimendos curabo„. *Sarebbe desiderabile, che egli avesse eseguito questo suo nobil disegno.* Didici insuper ex pag. 213. ejusdem Tomi, Francisci Barbari Epistolas in Codice quodam contineri ad Gelminum Doctorem Veronensem spectante. Quoniam igitur eum ipsum Gelmini Codicem Brixiam in præsens possidere cito comperi, rem Veneto Cive, & Brixiano Præside dignam facturum putavi, si ejusdem Barbari Epistolarum Editionem adornare aggrederer, eoque magis quod in memoriam meam tunc rediit, olim Fontaninum Præsulem me quodammodo increpasse, quod in familiari secum colloquio recensens ego Venetos quosdam Patritios literaturæ fama illustres, & prolixius inter ipsos collaudans Hermolaum Barbarum, Patriarcham Aquilejensem, Franciscum Barbarum memorare omisissem,

E

E dove lascia lei, ait ad me Fontaninus, *Francesco Barbaro, che fu l'Avo di quell' Ermolao, e fu egli pure un prodigio di letteratura?* Vix autem Editionis illius desiderium mentem meam incesserat, manibusque meis versare incæperam Gelmini Codicem illum, servatum modo in Bibliotheca Patrum Oratorii, magna voluptate deprehendi adesse etiam Brixiæ in Bibliotheca Patrum Benedictinorum S. Euphemiæ Codicem alium, quo Francisci Barbari Epistolæ una cum Historia belli Insubrici ab eodem Barbaro pro tuenda Brixia feliciter confecti, continentur. Tria ista, scilicet Eruditorum vota, Brixiani Codices, Brixiana Barbari Præfectura, non persuaserunt me tantum, ut operi illi manus admoverem, sed acribus affatim stimulis animum meum excitarunt ad curam illam absque ulla mora suscipiendam, dilata in aliud tempus alterius de Brixiana literatura Voluminis Editione. Obsequutus ergo cum aliorum, tum meo quoque genio, ad spartam illam ornandam studia mea illico applicui, iisque obtigit rem perficere haud omnino improspere, quemadmodum ostendisse jam reor bina de eo argumento Volumina typis evulgata. Iisdem novo, amploque censu ditandis divitias suas paulo post contribuit Vaticana Bibliotheca, suasque pariter, id benigne indulgente Daniele

Del-

Delphino, Patriarcha Aquilejensi, Forojuliensis Guarneriana, magnum oppidi S. Danielis in ea regione ornamentum. Alios præterea Codices, Amicorum ope, ad manus habui. Tam uberem supellectilem in propatulo ponunt tres Præfationes iisdem Voluminibus appositæ; inde igitur more meo aliqua excerpam, unde pretium operis a me suscepti Lector intelligat. In earum prima hæc habentur: „Integrum fundum „Collectioni præbent tres Codices, scilicet „Brixiani duo, quorum unus Bibliothecæ PP. „S. Euphemiæ, alter PP. Oratorii S. Philippi. „Euphemianus complectitur Epistolas LXXIX. „easque ab anno Christi MCCCCXXV. usque „ad annum MCCCCLI. Oratoriensis vero Epi„stolas LXVI. ab anno scilicet MCCCCXXXVII. „usque ad annum MCCCCLIII. hæque omnes, „si quatuor tantum excipiamus, in Euphe„miano desiderantur. Tertius, nempe Va„ticanus, continet Epistolas CXXIII. easque „ab anno MCCCCLI. usque ad exitum anni „MCCCCLIII. Unam tantum habet ex illis „Euphemianus, sexdecim autem Oratorien„sis. Quare subductis rationibus exsurgit ex „tribus illis Codicibus numerus Epistolarum „CCXLVII. semel tantum numeratis iis XXI. „quas diximus in Codicibus illis iterari. „Tres istos Codices exscribendos curavimus, „Vaticanum quidem, pecunia Romano Ama-

„nuen-

„nuensi numerata; Brixianum utrumque,ca-
„lamum suum humanissime commodante
„Joanne Ludovico Luchi, Monacho valde
„erudito Euphemiani ejusdem Cœnobii,nunc
„S. Justinæ Patavii Præposito. Priores om-
„nes Epistolas Codicis illius Oratoriensis, sci-
„licet spectantes ad annum MCCCCXXXVII.
„& ad annum MCCCCXXXVIII. deprehendi
„pariter in alio Codice Vaticano, ad cu-
„jus calcem hæc legitur nota: *Explicit feli-
„citer per me Thomam Constantinopolitanum
„in Civitate Idronti in Æde Nicolai de Caso-
„lis, anno Domini* MCCCCLXXV. XXI. *Julii*.

„Ad locupletandam autem Præliminarem
„Diatribam non hi tantum tres Codices præ-
„sto nobis fuerunt, sed plures alios valde
„opportunos habuimus ad manus, seu in
„celebribus Bibliothecis servatos amicorum
„ope consuluimus. Principem inter priores
„sibi vindicat locum præclarus Ludovici Fu-
„scareni Epistolarum Codex membranaceus,
„cujus causa præstantissimi Equitis, & Di-
„vi Marci Procuratoris, Marci Fuscareni hu-
„manitati nos maxime devinctos professi su-
„mus Diatribæ pag. LXXXIX. & alibi, eidem-
„que una nobiscum summas agere gratias
„tenentur præsertim Veneti Patritii; quum
„Fuscareni Epistolæ, æque ac Barbari, Ve-
„netæ Reip. adeo eximios Senatores, om-
„nibus belli, pacisque artibus excellentes
„exhi-

„exhibeant, ut ad Patriæ decus, quo ci-
„vibus nil carius esse debet, haud afferri,
„vel excogitari quid amplius possit. Ad ma-
„num item habuimus tres Codices, quorum
„copiam officiosissime nobis impertitus est
„Joannes Franciscus Musellì laudatus Dia-
„tribæ pag. CLXVIII. & alibi; nec non Bri-
„xianos duos, unum Bibliothecæ PP. Ora-
„torii S. Philippi, alterum PP. Carmelita-
„rum S. Mariæ; & præterea Bergomatem
„unum, qui ut pariter ad nos perveniret,
„laudati Joannis Ludovici Luchi solertia ef-
„fecit. Amicorum vero ope (eorum scili-
„cet, quos suis locis memoravimus) Codi-
„ces nonnullos Florentinos, Senenses, Medio-
„lanenses, Mutinenses, Ravennates, Venetos,
„Patavinos, Tarvisinos, Vicentinos, Veronen-
„ses, Bergomates inspeximus. Tandem Vati-
„canos, quotquot ad rem nostram facere pos-
„se censuimus, nos ipsi, ut par erat, sedulo
„evolvimus, & multa ex eis nostra manu seu
„adnotavimus, seu exscripsimus.

„Ex horum omnium Codicum penu Præ-
„liminarem Diatribam itaque locupletiorem
„reddidimus, quin integras in eadem subin-
„de recitavimus Epistolas seu Barbari ad alios,
„seu aliorum ad Barbarum, quas laudati Co-
„dices, alii nempe a tribus illis primo loco
„memoratis, suppeditarunt, quibusque locus
„esse non poterat in Collectione nostra, prop-
terea

„terea quod, ut Operis titulus declarat, eæ „tantum ibidem afferantur, quas ex tribus „iis Codicibus deprompſimus. Lectores ta„men monitos facimus, unius tantum, & „alterius Epiſtolæ cauſa viſum fuiſſe ſtatu„tam ſemel legem infringere; nam Epiſtolis „omnibus Codicum Brixianorum illa præ„miſſa eſt, quam ex Muſei ſui Codice Cl. „Facciolatus nobis tranſmiſit, & iiſdem finem „imponit Epiſtola, cujus ex Codice Senenſi „copiam nobis fecit Benedictus Bandinellus, „in ea urbe Benedictini Monaſterii Præpoſi„tus, & literis admodum excultus. Quiſque „autem judicabit, num ambæ eæ ſint ex eru„ditionis copia, quam præferunt, ut jure, ac „merito dignæ exiſtimatæ fuerint, quæ Bri„xianæ Collectionis & frontem, & calcem „ornarent. Accidit inſuper, ut in ea Colle„ctione locum etiam ſortitæ ſint literæ unæ „Leonardi Juſtiniani ad Franciſcum Barba„rum, ut adnotatum eſt ejuſdem Collectio„nis pag. 174.

„Dum autem ſub prælo ſudaret tam Dia„triba, quam Collectio, Forojulienſes Guar„nerianæ Bibliothecæ Codices inſignem Edi„tioni noſtræ Mantiſſam præbuerunt, Epiſto„larum ſcilicet circiter CLXX. quas nobis per„humaniter exhibuit ex ea oppidi S. Danie„lis Bibliotheca, virtutibus, æque ac Infulis, „præclariſſimus Præſul, Aquilejenſis Patriar-

„cha,

„cha, Daniel Delphinus. Eæ itaque Appen-„dicem, quæ alterum Operis Tomum, Epi-„stolarum Collectioni reservatum, conclu-„det, constituent. Neque vero ex illo tan-„tum additamento Editio nostra Guarneria-„ni illius thesauri opibus ditescet; sed præ-„terea hausta inde est plurium mendosorum „locorum in Vaticani Codicis Epistolis ca-„stigatio. Nam eæ ipsæ pleræque omnes in „Guarnerianis etiam Codicibus reperiuntur, „non ita vero quæ exstant in binis Brixia-„nis, si pauculas tantum excipias. Insuper „Orationem Joannis Spilimbergensis ad Fran-„ciscum Barbarum, Utini Prætorem, nec non „aliam Montorii Mascharelli ad Victorem „Barbarum, Prætorem Vicentinum, quæ sa-„tis copiose ejusdem Francisci gesta, ac scri-„pta concelebrant, ii ipsi Forojulienses Co-„dices obtulerunt. Hæcque omnia debemus „singulari diligentiæ Viri perdocti, quem de-„tegendis, transmittendisque Brixiam pretio-„sis hisce mercibus laudati Præsulis auctori-„tas adhibuit, quique dum eas transmitteret, „easdem identidem hujuscemodi observatio-„nibus illustrare consuevit, unde facile mihi „foret, non diligentiam tantum hominis, sed „eruditionem, & criterium in hoc studiorum „genere cognoscere. Binæ illæ Orationes lo-„cum nactæ sunt magna ex parte in Diatri-„ba ipsa, eaque occasione aliqua diximus de „Guar

„Guarnerii Arthenienſis, & de Guarnerianæ „Bibliothecæ celebritate ex Epiſtola Ludovi- „ci Fuſcareni, cujus hæc tantum modo affe- „ram verba: *Magna eſt mihi cum Viris litera- „tiſſimis neceſſitudo, præſertim cum Guarnerio „Arthenienſi, cui omnes doctrina plurimum de- „bent, quoniam ipſe Bibliothecam conſtituit, „qua nulla, digniſſimi Patris Cardinalis Nicæ- „ni, & omnium, quibus ipſam videre contigit, „judicio, in univerſa Italia, & Orbe celebrior; „& licet multæ librorum multitudine ſuperent, „hæc omni ornatus genere antecedit.*

„Præ tali, tantaque Epiſtolarum Franciſ- „ci Barbari a nobis vulgatarum copia per- „paucæ admodum ſunt, quæ ex ipſis publi- „ci juris jam factæ fuerunt Tom. VI. Theſ. „Anecdot. Bernardi Pez; hæ enim partem „tantum Oratorienſis Codicis referunt, ac „præterea duos dumtaxat annos Brixianæ „Præfecturæ reſpiciunt. Reliquæ omnes „Collectionis noſtræ nunc primum lucem „aſpiciunt, ſeptem ſolis exceptis, ſcilicet om- „nium principe (quam tamen caſtigatiorem „nos dedimus ex Facciolati Muſeo) nec non „mutuis Franciſci Barbari ad Poggium, & „Panhormitam, horumque ad Barbarum, „mutuiſque Barbari ad Facium, & hujus ad „Barbarum, quæ exſtant inter illas ejuſdem „Panhormitæ editas Venetiis anno MDLIII. „ac tandem binis Leonardi Juſtiniani ad

„Barbarum. Propterea in Operis titulo, *nunc „primum editas*, Francisci Barbari Epistolas „diximus, maxima earum parte spectata. „Item quæ in Diatriba integræ recitatæ sunt, „pleræque omnes non antea editæ reperie„bantur; editarum autem loca tantum quæ„dam exhibuimus.„

In altera autem Præfatione ita scripsi, „Præliminari in Epistolas Francisci Barbari, „seu aliorum ad ipsum, Diatribæ, binis ab „hinc annis in lucem editæ, sociamus modo „Volumen hoc alterum, eas integras Episto„las complectens, quarum scilicet brevia tan„tum fragmenta eidem Diatribæ, prout tra„ctandarum in ea rerum ratio ferebat, inse„ruimus. Epistolæ siquidem, quæ integræ „quoque in illa recitatæ haud raro tibi, Le„ctor, occurrent, minime spectant, ut mo„nuimus in Præfatione, ad Codices eos tres, „de quibus in fronte Operis, scilicet Brixia„nos binos, & Vaticanum unum, sed ad a„lios quamplures, suis quosque locis designa„tos, unde amicorum ope easdem exscriben„das, & Brixiam transmittendas curavimus. „Quod istæ in diem nostras ad manus per„venirent, dum interea Collectio sub prælo „sudaret, minime fieri poterat, ut hæc suo „sinu statim easdem exciperet, quin Colle„ctionis ordo susque deque misceretur, & „præfixus Operi titulus, idemque singulis fe-

„re

„re Diatribæ paginis recurrens, falſitatis la-
„bem contraheret. Contra Epiſtolas illas
„exoticas, quovis tempore me adjiſſent, fa-
„cili negotio ſedem, modo hanc, modo il-
„lam in Diatriba nanciſci valuiſſe, Lector,
„dignoſces.

„Tres autem laudati Codices, Collectio-
„ni noſtræ fundum, præbentes, neſcio quo
„bono fato, licet eodem neque calamo, ne-
„que tempore, neque loco exarati, ſtudioſe
„videntur conflati ad exhauriendam Barbari
„Epiſtolarum ſeriem. Excipit namque Ora-
„torienſis Euphemianum, Vaticanus Euphe-
„mianum, & Oratorienſem. Euphemianus
„eas affert, initio ducto ab anno 1425. Ora-
„torienſis, ab anno 1437. Vaticanus, ab an-
„no 1452. ſeu 1451. more Veneto. Earun-
„dem ſumma aſcendit ad CCXLVI. ſi ſemel
„tantum numerentur tres ſupra viginti, quæ
„in Codicibus illis iterantur. Extra ordinem
„præterea inductæ ſunt prima omnium in
„Collectione ex Viri Cl. Jacobi Facciolati
„Codice deſumpta, & poſtrema, quam Co-
„dex Senenſis pro Collectionis coronide op-
„portune ſuppeditavit, nec non una Leonar-
„di Juſtiniani, poſita num. CXXIII. quam in-
„ſerendam cenſuimus ex libro typis edito,
„ut ibidem adnotatum eſt. Itaque omnium
„Epiſtolarum numerus erit CCXLIX. non ve-
„ro, ut ex typothetæ errore compareret, CCLI.

 „quod

„quod ille oscitanter post numerum CCXXI. „statim collocaverit numer. CCXXIII. omisso „numero intermedio, quodque Epistolam „positam numero CXVIII. ex Codice Brixia- „no, iteraverit numero CCXIII. ex Codice „Vaticano.

„Dum autem diximus, tres hosce Codi- „ces seriem Barbari Epistolarum exhaurire, „eas tantum intelleximus, quas ætatem tu- „lisse novimus. Nihil vero certius, innume- „ras, præter superstites, a Barbaro exaratas „fuisse, quæ in laudatis aliisque Codicibus „desiderantur, spectantes præsertim ad viri- „dem ætatem, quam Barbarum in literis, „antequam Remp. capesseret, contrivisse, du- „bio certe vacat. Liber de Re Uxoria com- „positus ab eo fuit anno 1415. & maximis „doctorum ejus temporis hominum, ut suo „loco in Diatr. visum est, gratulationibus „exceptus; nec tamen ab eo anuo usque ad „annum 1434. aliæ extant in iisdem Codi- „cibus Epistolæ, nisi quatuor tantum. Vi- „desis Diatr. Par. I. Cap. I. §. II. ubi agitur „de literario Barbari cum Ambrosio Camal- „dulensi commercio, quod assiduum fuisse „comprobant ipsius Ambrosii ad Barbarum „Epistolæ omnes, quæ in Collect. Ampliss. „Martene & Durand integrum librum, sci- „licet XVII. conficiunt. Quid dices, si nec „una Barbari ad Ambrosium aut edita sit,

„aut

„aut in priſcis Codicibus compareat?

„Quo jure Epiſtolas, quas edimus, *nunc* „*primum editas* fuiſſe, in fronte Operis appo-„ſitum ſit, Præfatio ad Diatribam explicavit. „Vulgare axioma eſt, *parum pro nihilo compu-„tatur*. Quinam autem ordo ſervatus ſit in iis „edendis, patebit tibi eaſdem evolventi, chro-„nologicus nimirum, quoad paſſæ ſunt am-„bages complures, quæ ad ipſum perturban-„dum ſeſe moleſte obtulerunt, & præterea „quoad narrationum ratio admiſit, de qua „re conſule Monitum pag. 191. hujus Volu-„minis appoſitum. Quemadmodum itaque „religioni non duximus, ordinem, quo in „laudatis Codicibus diſpoſitæ reperiuntur E-„piſtolæ, immutare, ita nec abſtinuimus a „mendoſis quibuſdam lectionibus immutan-„dis, quoties medica manu leviter adhibita „id præſtare licuit. Loca vero inſanabilia, „præſertim Vaticani Codicis, licet ſtatuiſſe-„mus, ut in Præfat. ad Diatr. dictum eſt, „a reliquo textu Italicis literis diſtinguere, „id tamen vix, aut ne vix quidem re ipſa „executi ſumus, conſultius rati, cujuſcemo-„di Codices efferebant, ita eas exhibere, „quod abſque illo diſcrimine vitium ſuum „tibi, Lector, palam teſtari valerent. Tan-„dem quod ſpectat ad Epiſtolas, quas ex „Guarnerianis Codicibus collectas in Appen-„dicem conjecimus, ſinas, te ad ejus Præfa-

„tionem amandari, idque unum in antecef-
„fum. monemus, eas esse CXXII., quæ sum-
„ma superiori CCXLVI. adjuncta efficit, ut
„ex Collectione, & ex Appendice exsurgat
„summa Epistolarum CCCLXVIII. quas (ni-
„hil pensi habitis tribus illis extra ordinem
„admissis, & ea una, quam iteratam diximus)
„Volumen istud complectetur.„

Tandem Præfationis tertiæ hujusmodi est initium, „Epistolas omnes seu Francisci Bar-
„bari, seu aliorum ad ipsum, quas in Appen-
„dicem istam rejecimus (ne una quidem ex-
„cepta) luce nunquam antea donatas, debes,
„amice Lector, ut frons ipsa Operis præfert,
„& in Præfatione ad Diatribam dictum est,
„Bibliothecæ sitæ in oppido Forojuliensis Pro-
„vinciæ, quod Sancti Danielis nuncupatur;
„seu, ut verius dicam, incredibili amplissimi
„Patriarchæ Aquilejensis, Danielis Delphini,
„humanitati. Hujus siquidem jussu exscriptæ
„sunt, ut mihi rem gratam faceret, ex ejus
„Bibliothecæ Codicibus, a Guarnerio in ea
„regione Plebano, ut vocant Arthenienfi, ac
„Vicario Patriarchali, ante trecentos annos
„collectis, eoque in loco repositis. Spectat
„major earum pars ad annos 1448. & 1449.
„quibus Barbarus eandem Provinciam rexit.
„Multo plures ditissimus ille fundus suppedi-
„tasset, si iis opus mihi fuisset, ut ex om-
„nium elencho meis manibus transmisso in-
„tel-

„tellexi. At omnium exſcribendarum curam „ſupervacaneam fore affirmavi, quod earum „pleraſque nactus jam fuiſſem, una cum aliis „multis in eo elencho deſideratis, tam in du- „plici Brixiano Codice, quam in uno Vati- „cano. Quoniam tamen hujus Vaticani Epi- „ſtolæ mendoſas haud raro lectiones præfe- „rebant, ut eæ cum Guarnerianorum Codi- „cum lectionibus compararentur, impetravi; „ſuſceptæque in ea collatione diligentiæ fru- „ctum aliquem retuli, majorem relaturus, ſi „vitia illa medicam manum ubique admiſiſ- „ſent. Hanc quoties refugerunt, conſultius „viſum fuit, eandem reducere, potius quam „meo tantum arbitratu fretus, ſeu levibus „conjecturis excitatus novas lectiones obtru- „dere.

„Ordo Epiſtolarum iſthic ſervatus is ipſe „eſt, quem iiſdem aſſignavit Vir ille erudi- „tus, qui pretioſas hujuſmodi merces dete- „gendi, ac Brixiam tranſmittendi a laudato „Patriarcha provinciam accepit. Chronolo- „gicum ordinem, quo exactius potuit, ſe- „ctari inſtituit; neque enim temporis nota, „quæ deeſt in nonnullis, atque in aliis vitio „certe non caret, eundem paſſa eſt tuto ubi- „que pede procedere. Præterea pauculas quaſ- „dam rejecit ad calcem, ſeu quod ſero eaſ- „dem ſibi detegere contigerit, ſeu quod Bar- „baro quidem ſint datæ, ſed Barbari reſpon-

„sione destituantur.

„Earum numerum in Præfatione ad Dia-„tribam adnotatum necesse habui aliquantu-„lum resecare, sicque Epistolas CXL. (qui nu-„merus in ea Præfatione in CLXX. conversus „est ex typographi errato, nota decennarium „numerum designante perperam duplicata, & „præterea perperam postposita notæ L. cui „præire debebat) ad CXXII. redegimus, quod „aliquæ ex ipsis neque a Francisco Barbaro, „neque Francisco Barbaro datæ conspiceren-„tur, aliquæ vero in Forojuliense exemplar „mihi transmissum irrepsisse deprehensæ fue-„rint, licet in Codicibus meis extarent.

„De omnibus hisce postquam, Lector, te „monui, superest, ut fidem meam Diatr. pag. „CCCCXXXI. exhibitam liberem, aliqua in me-„dium afferens ad illustrandam Guarnerii me-„moriam, qui de re literaria optime meri-„ritus Forojuliensem patriam suam tot præ-„claris monumentis instruxit, nova recens „supellectile auctis ex studio erga eandem Cl. „Præsulis Justi Fontanini, ejusdem scilicet „libris, quos Bibliothecæ S. Danielis supre-„mis tabulis legavit. Quoniam vero, ut eo-„dem loco adnotavimus, in amplo, & sin-„gulari eruditione referto de Ecclesiæ Aqui-„lejeusis Monumentis, ante tres annos Ar-„gentinæ edito, Volumine, quemadmodum „nulla occurrit mentio thesauri illius Guar-

„ne-

„neriani (unde tamen ea Monumenta præ-„sertim peti posse vel ipse Franciscus Barba-„rus speravit, ut Epistola cxv. hujus Appen-„dicis fidem facit) immo nulla de Guarne-„rii doctrina, seu aliis dotibus, quibus ean-„dem patriam suam exornavit; ita ejusdem „nomen supprimitur, dum ibidem pag. 1056. „ii recensentur, qui Vicaria a Lodovico Pa-„triarcha Aquilejensi conlata auctoritate eam „Ecclesiam administrarunt, licet ex ea ipsa „potestate Guarnerius *Vicarii* veluti cogno-„mentum sortitus fuerit.„

De Editione mea ista redibit sermo in Tomo IV. horum Commentariorum, quod anno dumtaxat 1741. in lucem prodierit primum ejusdem Volumen, anno autem 1743. Volumen alterum; tuncque per excerpta, quæ ex istis afferam, innotescet, laborem illum meum, quem initio hujus Capitis dixi dignum fuisse Veneto Cive, & Brixiano Antistite, decuisse etiam quam maxime S. R. E. Cardinalem, quandoquidem Purpurati Apostolicæ Sedis Proceres, quin Summi ipsi Pontifices Franciscum Barbarum tanti fecisse comperiuntur, præsertim Nicolaus V., & Cardinales Bessario, atque Albergatus, ut hominem illum, quemadmodum Veneti Reip. suæ, Viri eruditi Literariæ, ita iidem decus ingens, columenque Christianæ Reip. existimaverint.

C A-

CAPUT XII.

De proposito Vaticanam Bibliothecam abdicandi communicato cum Card.Corsino, de itinere mense Octob MDCCXXXIX. *Romam versus suscepto per Alpes* del Furlo *nuncupatas,de alloquio cumPontifice ; de repetita Brixia, acceptoque ibi nuncio de Pontificis morte,quæ accidit 6.Feb.*MDCCXL. *ac tandem de accessu ad Conclave tantummodo die 8. Maii, & de opera ibidem data Pauli II. Vindiciis conscribendis, imo imprimendis.*

QUod itaque undique Brixiam seu Sacram, seu Literariam spirarem, cuncta scilicet studia mea ad Urbem illam quaquaversus illustrandam conferrem, nemini profecto mirum videri debet, Vaticanæ Bibliothecæ Præfecturam omnino abdicandi cogitationem menti meæ insedisse; etsi Cardinalis Corsinus more suo erga me humanissime se gerens, identidem literis suis mihi significaret, bonum ejusdem Bibliothecæ deposcere, ne eidem valedicerem, capto etiam argumento ex commodis, quæ adeo sollicite curabam Brixianæ Ecclesiæ per regimen meum quotidie apportari. Curaverat ipse, eruditissimum Botarium a Sanctitate Sua Vaticanum extra ordinem Custodem renunciari, causa cum infirmæ admodum valetudinis, qua vexatus Majella, primus Custos, Neapolim se receperat, tum itineris Orientalis, cui Assemanus, Custos alter, se dederat, de-

